



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

691  
30


WIDENER



HN U7WD -

4.33

691.30







INNOCENTII III., Pope.

**DE CONTEMPTU MUNDI**

sive

**de miseria humanae conditionis**

**LIBRI TRES.**

**EDIDIT**

**IOANN. HENR. ACHTERFELDT.**

---

**C  
BONNAE**

**APUD EDUARDUM WEBER.**

**MDCCCLV.**

1872, Jan. 12.  
Minot Fund.

65

## **PRAEFATIO.**

---

Innocentius III. papa, qui priusquam in sedem apostolicam evectus est, nomine in baptismatis lava<sup>re</sup> accepto Lotharius vocabatur, e nobili comitum Signiae genere ortus et Anagniae veteris Latii oppido anno MCLX. aut MCLXI. natus, ingenio et virtute, multiplici doctrina, amore et studio religionis Christianae, rara sollertia in ecclesia regenda inter summos pontifices tantopere prae-cellit, ut ad laudanda et commendanda scripta illius multa verba facere quam maxime

alienum esse videatur. Finita institutione domestica primum Romae, deinde Parisiis, ubi eo tempore artes et studia eximie florabant et ab eruditis viris magna cum cura exercebantur tradebanturque, tandem Bononiae, quae ob insigniter ibi cultam iurisprudentiam tam civilem quam ecclesiasticam celebrabatur, ad litterarum studia incubuit eo successu, ut Romam reversus, anno aetatis vigesimo nono nondum superato, a Clemente III. papa, qui de eius doctrina, eruditione, vitae et morum probitate certior factus erat, in dignitatem cardinalis diaconi titulo ecclesiae sanctorum Sergii et Bachi ascitus in gravioribus difficilioribusque ecclesiae negotiis dirigendis et decernendis adhiberetur. Clemente vita defuncto et Coelestino III. in secundem apostolicam vocato Lotharius cardinalis publicis ecclesiae rebus minus occupatus otio suo usus est ad scribendos libros in sequentibus paginis denuo editos, in quibus ad de-

primendam superbiam, quod caput esse intellecterat omnium vitiorum, vilitatem humanae conditionis utcunque descriptsit, ut ipse in prelogo ad episcopum Portuensem memoravit.<sup>1)</sup>

Negari non poterit, fortiter et sine intermissu contra superbiam, caput omnium vitiorum, nisi nos oportere, ut eam deprimamus eaque devicta et oppressa vitia alia facilius coercere possimus. Ad eiusmodi laborem et collectationem eo magis impellemur, si illam humanae conditionis vilitatem et miseriariam a Lothario sellerter depictam corde et animo perpenderimus mentique iterum ite-

---

1) Cf. Baronii Arñal. eccles. a Rainaldo contin. ad ann. 1198. Tom. XIII. p. 1 sqq. Natalis Alexandri Hist. ecclesiast. Tom. VIII. p. 1 sqq. ed. Roncagl. Hurter, Geschichte Papst Innocenz des Dritten und seiner Zeitgenossen. Tom. I. p. 5 sqq. et p. 46—47.

rumque proposuerimus. Quippe descriptsit Lotharius gravissimis verbis vilem et miseram hominum conditionem, tam quae hac in terra a conceptu et partu usque ad mortem vel ex natura consequitur, vel desideriis carnalibus, concupiscentia et actionibus illicitis excitatur, quam quae post mortem in aeternitate illos manet, qui in hac vita a deo se averterint et finem, ad quem deus secundum infinitam suam bonitatem ipsos creavit, assenti neglexerint aut contempserint.

Hosce Lotharii de miseria humanae conditionis libros nec parvi, nec minoris quam alia magni auctoris opera pendendos, sed proposito suo consentancos et perutiles esse etiam laus eis a doctis piisque viris tributa confirmat, comprobatque tum codicum manuscriptorum multitudo, qui ad nostra tempora manserunt, tum editionum copia, quae non diu post inventam typographiam saeculo decimo quinto sextoque pluribus in locis, No-

rimbergae, Parisiis, Venetiis, Coloniae, Lipsiae, Lovaniae, Antverpiae, Viennae Austriae paratae et a viris probis eruditisque evulgatae sunt. Ioannes Cochleus, vir in ecclesia celebratus, in litteris, quae exemplaribus Lipsiae 1534, Antverpiae 1540 et Viennae Austriae in aedibus caesarii collegii Societatis Iesu (anno non addito) editis praefixa sunt, hos libros viro reverendissimo Cutberto Tonstallo, episcopo Dunelmensi in Anglia enixe commendavit.<sup>1)</sup> Mirandum igitur est, eosdem libros propioribus temporibus neglectos iacere adeo, ut vix in maioribus bibliothecis eorum exemplaria inveniantur.

Quae cum ita sint, nullius momenti non esse duximus, nova editione illos libros oblivioni, cui proximi videbantur, eripere et

---

1) Lectoris interesse nobis visum est, has Cochleai litteras inspicere; quapropter illas typis reddi et Innocentii operi praemitti iussimus.

in usum revocare, ut fructum ab auctore spectatum assidue proferant. Utinam tantum absit, ut haec nostra intentio nos fallat, ut magna editionum series subsequatur.

Nos cum hanc propositi rationem potissimum spectaverimus, ut libri illi a maioribus nostris magnopere dilecti et perutiles habiti post diuturnam oblivionem resuscitati reviviscerent et frugiferae lectioni restituerentur, in re critica, h. e. in contextu verberum ad codices manu scriptos exigendo, altius quid tentare noluimus. Imme hanc provinciam successoribus nostris commendaverimus, ut libris manu scriptis, qui in Italiae et Galliae bibliothecis latent, excussis et comparatis Innocentii verba a sordibus, quas editorum negligentia hic illic invexit, repurgare et eodem habitu repraesentare velint, quo ab ipso auctore composita sunt. Cui negotio nonnihil praesidii etiam in hac nostra quantulacumque cura paratum esse

aequi iudices si agnoverint, satis magnum laboris pretium tulisse nobis videbimur.

Collatis editionum antiquiorum exemplaribus, quotquot adipisci potuimus, tam inter se, quam cum codice in pergameno minoris formae (8vo minore) Coloniae a. 1425 scripto, quem amicus ad hunc finem nobis benigne commodavit, aptissimum nobis visum est, in hac nova editione eum operis contextum restituere, quem auctoris opera in unum volumen congesta a. MDLII., denuo aucta et in duo volumina distributa a. MDLXXV. in maiore forma, quae in folio dici solet, Coloniae edita exhibent. Lectiones discrepantes, quas in aliarum editionum exemplaribus et in codice supra designato invenimus, sub textum addidimus. Ad significandum, utrum in codice, an in aliis editionibus et qua in editione lectiones discrepantes repertae sint, brevitatis causa usi sumus notis M, C, J, A. In his M significat codicem manu scriptum,

C tres editiones, quibus litterae Cochlei, de quibus supra mentionem fecimus, sunt praefixa, quarum una forma media, quae in quarto dicitur, a Cochleo ipso, ut videtur, parata, Lipsiae 1534, altera, in octavo minore, Antverpiae 1540 est confecta, tertia in forma duodecimi Viennae Austriae in aedibus caesarii collegii societatis Iesu, quae editionis anno eget. J significat duas editiones Coloniae annis 1503 et 1506 factas, quarum forma est in duodecimo. Littera A significatae sunt lectiones, quae in collectorum Innocentii operum exemplaribus Coloniae annis MDLII. et MDLXXV. editis ad marginem appositae sunt. Singulae quoque editiones, tam quae littera C, quam quae littera J a nobis sunt designatae, lectionibus suis aliquoties discordant, quapropter, si lectio allata non omnibus editionibus, sicut istis litteris sunt partitae, communis est, sed ad unam alteramve tantummodo pertinet, addi-

dimus ad C litteras l, a, v, quibus indiceatur, utrum editio sit Lipsiensis, an Antverpiensis, an Viennensis, et ad J numeros 1 vel 2, quorum prior indicat editionem antiquorem a. 1503, et altera editionem iuniorum a. 1506. Ubi autem lectio dictis tribus Cochleanis, aut duabus Coloniensibus editionibus est communis, non nisi C vel J positum est. Discrepantibus lectionibus in quavis pagina textui subiectis praepositi sunt loci sententiarum, quas auctor e sacra scriptura vel aliunde assumpsit.

Restat, ut de librorum eorumque capitum divisione horumque ordine dicamus. In editionibus, tam C quam J, libri primi capita, quae in nostra editione sunt III. et IV., inscripta *De vitio conceptionis* et *De conceptione infantis*, in unum caput sunt contracta, quod est inscriptum *De conceptione infantis*; eodemque modo in illis editionibus eiusdem libri capita X. et XI. *De incom-*

*modis senectulis et brevitate vitae et De incommodis senectulis* sunt contracta et consignata inscriptione *De incommodis senectutis et brevitate vitae*. In Codice totum opus inscribitur *Liber de miseria conditionis humanae*, et dividitur in tres partes, quarum tertia pars iam incipit finito capite, quod est XL. libri secundi nostrae et aliarum editionum ita, ut harum libri secundi caput XLI. sit primum partis tertiae codicis. Capita quoque, quae in libro secundo istarum editionum sunt XIV. XV. et XVI., in codice sequuntur statim post caput IX. secundae partis, deinde capita X. XI. XII. XIII. In tertia codicis parte capita IV. et V. libri tertii nostrae et aliarum editionum ordine inverso collocata sunt, et finito capite, quod est dictarum editionum XI., leguntur verba haec: *Explicit liber de miseria conditionis humanae editus a Lothario sanctorum Sergii et Bachii diacono cardinali, qui*

*postea papa factus Innocentius III. appellatus est. Scriptus Coloniae anno Christi 1425. Tum sequuntur nihilominus cetera capita, quae in libro tertio nostrae et aliarum editionum leguntur.*

In codice ante laudato isti operi sive libro de miseria conditionis humanae adiuncti sunt duo tractatus eadem manu scripti, alter *De perseverantia*, alter *De caritate* inscriptus, quorum prior est caput VI. operis, quod inscribitur *D. Innocentii pontificis maximi, huius nominis III. de eleemosina libellus piissimus*, in quo illius capititis superscriptio est *Ad eleemosinam sicut ad quodlibet bonum opus necessario requiri perseverantiam*, alter est tractatus inter Innocentii opera, qui est inscriptus *D. Innocentii papae tertii encomium caritatis*; et porro: *Caritas ut sicut omne bonum opus, sic etiam eleemosinam reliqua que pietatis opera deo grata hominique*

\*\*

*fructuosa efficiat.* Hos quoque tractatus, ut operi de miseria conditionis humanae in codice sunt appositi, etiam nostrae editionis exemplaribus in appendice addendos existimavimus, et quoniam textum, quem in collectis Innocentii operibus Coloniae MDLII. et MDLXXV. editis invenimus, restituimus, discrepantes codicis lectiones adiunximus.

Editor.

---

Reverendissimo in Christo patri ac domino,  
domino Cutberto Tonstallo, episcopo Dunel-  
mensi in Anglia, Ioannes Cochleus

S. P. D.

Reverendissime in Christo pater ac do-  
mine, poste aquam e Londino in patriam tuam  
feliciter concessisti honore auctus et pote-  
state rerumque proventu, non licuit mihi tam  
frequenter, quam antea, qualiacunque meae et 5  
gratitudinis et observantiae officia erga re-  
verendissimam dominationem tuam per lite-  
ras praestare, maxime propter locorum am-  
pliorem utrinque factam distantiam. Scripsi  
tamen aliquoties uti ad D. Ridleium, ita et 10

10. *Ridleium] Ridillum Cv. et om. Cv.*

ad R. D. T.; verum cum ignorem quidnam literarum mearum ad R. D. T. pervenerit intra quinquennium (unde suspicor aliquot epistolas interceptas periisse), decrevi tandem publicum querere internuntium, eumque neque levem neque contemptibilem blacteronem, sed plium eruditumque pontificem Innocentium tertium, a cunctis tum historicis, tum chronographis eximie laudatum, atque etiam publica in decretalibus epistolis iuris canonici auctoritate probatum, ut is meae erga R. D. T. et dilectionis et reverentiae testis in publicum editus existat. Spero ita hunc longe et graviter tibi et ab interceptorum insidiis tutior rem fore, quam fuerint aut esse queant literae privatae; ad multa quoque utillem multis, quos modo in reprobum sensum non deridet deus, aut quos non excaecaverit nec induraverit propria iniquitas. Cunctis enim, quos vel natalium splendor extollit, vel scientia inflat, aut rerum successus in elationem surrigit, humilitatis praecepta ex sacris lite-

22. surrigit] tuberigit Cv.

ris salubriter ob oculos ponit, et humanae conditionis miseriam declarans omnes a superbia deterret. Quae sane admonitio per quam necessaria videtur hoc maxime tempore, in quo sic inflat vel umbra scientiae plerosque sciolos, ut de fide et religione nostra non solum inter pocula infideliter ac irreligiose disputare, verum etiam nova praecpta decernere et in lucem edere non reverantur vel indocti cerdones et analphabeti, sutores et pelliparii. Innocentius vero ait: vix esse quicquam tam vile aut facile, quod ad plenum intelligat homo, nisi forsitan illud perfecte sciatur, quod nihil scitur perfecte. Quanquam ex hoc protinus insolubilis redargutio consequitur.<sup>a</sup> Quale fuit et antiquum Socratis dictum: Hoc unum scio, quod nescio.<sup>b</sup> Et longe antiquius ac religiosius dictum est a magno et sancto viro Iob: N vere scio, quod ita sit, et quod non iustificetur homo comparatus deo, si voluerit con-

a) De contemptu mundi lib. I. c. XIII. b) Diogen. Laert. II. §. 32.

tendere cum eo, non poterit respondere ei  
unum pro mille.<sup>a</sup> Sic et sapientissimus Sa-  
lomon ait: Solummodo hoc inveni, quod fe-  
cerit deus hominem rectum et ipse se infini-  
tis miscuerit quaestionibus.<sup>b</sup> Irreligiosa est  
igitur haec sciolorum temeritas, qua sic trans-  
grediuntur terminos antiquos, quos posuerunt  
patres nostri. Quorum sane praecipuus, et  
omnium novitatum impiarum sive auctor sive  
10 instaurator, ita intumescit superbia, ut putet  
plus revelatum esse sibi soli quam cunctis  
retrosanctis patribus et conciliis. Vere mi-  
ser homo, cui dominus in Apocalypsi ait:  
Qui dicis, quod dives sum, et locupletatus, et  
15 nullius egeo, et nescis, quia tu es miser, et  
miserabilis, et pauper, et caecus, et nudus.<sup>c</sup>  
Quem et Plinius, homo ethnicus, arguit tam  
vane et arroganter de scientia superbientem:  
Heu dementia, inquit, ab iis initiis existi-  
20 mantium ad superbiam se genitos. Caetera  
animalia sentire naturam suam, alia pernici-

a) Job. 9, 2—3. b) Eccl. 7, 30. c) Apoc. 3, 17.

21. *naturam*] *animam* Cv.

tatem usurpare, alia praepetes volatus, alia vires, alia nare, hominem scire nihil sine doctrina, non fari, non ingredi, non vesci, breviter non aliud natura sponte quam flere etc.<sup>a)</sup> Hanc hominis miseriam luculenter declarat Innocentius noster superaddens plura, quae Plinio et omnibus ethnicis ignota fuerunt. Rogo igitur et obsecro te, ornatisime praesul, ut aequo feras animo tam pii pontificis monita sub nominis tui auspiciis ~~te~~ hoc tempore, in quo usque adeo et frigescit timor dei et invalescit mundana superbia atque irreligiosa conversatio in omni luxu, fastu et pompa seculari, in lucem reproduci. Scio quidem, quanti te faciant vere docti et ~~15~~ summi scientiarum ac eloquentiae antistites, clarissima nostri seculi lumina, Ioannes Fischerus, episcopus Roffensis in Anglia, Gulielmus Budaeus in Francia, Erasmus Roterdamus in Germania, ut iure ac merito con- ~~20~~

a) Plin. H. N. VII. 1.

19. *Erasmus Roterodamus in Germania] ne plures connumerando referam Cv.*

tremiscat mihi manus ad te scribenti. Tua  
tamen frelus et clementia et humanitate hoc  
erudito ad te utor internuntio in aedificatio-  
nem multorum, qui nunc animo elati et ex-  
5 tra se positi vane superbunt, ut his lectis  
in sese reversi redeant ad cor et cognos-  
cant semelipsos. Bene vale eximum et sin-  
gulare praesulum decus et ecclesiae praesi-  
dium et patriae ornamentum sempiternum.  
Ex Dresda Misniae ad Albim. III. nonas Fe-  
bruarias. Anno dominicae incarnationis  
**MDXXXIUII.**

---

## TITULI CAPITULORUM.

### LIBRI PRIMI.

	Cap.
De miserabili humanae conditionis ingressu . . . .	I.
De vilitate materiae ipsius hominis . . . . .	II.
De vitio conceptionis . . . . .	III.
De conceptione infantis . . . . .	IV.
Quali cibo conceptus nutriatur in utero . . . .	V.
De imbecillitate infantis . . . . .	VI.
De dolore partus et eiulatu infantis . . . .	VII.
De nuditate hominis . . . . .	VIII.
Quem fructum homo producit . . . . .	IX.
De incommodis senectutis et brevitate vitae hominis . . . . .	X.
De incommodis senectutis . . . . .	XI.
De labore mortalium . . . . .	XII.
De studio sapientum . . . . .	XIII.
De variis studiis hominum . . . . .	XIV.
De diversis anxietatibus . . . . .	XV.
De miseria divitis et pauperis . . . . .	XVI.
De miseria servorum et dominorum . . . .	XVII.
De miseria continentis et coniugati . . . .	XVIII.
De miseria bonorum et malorum . . . . .	XIX.
De hostibus hominis . . . . .	XX.
De carcere animae, quod est corpus . . . .	XXI.

	Cap.
<b>De brevi laetitia hominis . . . . .</b>	<b>xxii.</b>
<b>De inopinato dolore . . . . .</b>	<b>xxiii. -</b>
<b>De vicinitate mortis . . . . .</b>	<b>xxiv.</b>
<b>De terrore somniorum . . . . .</b>	<b>xxv.</b>
<b>De compassione amicorum . . . . .</b>	<b>xxvi.</b>
<b>De subitis infortuniis . . . . .</b>	<b>xxvii.</b>
<b>De innumerabilibus speciebus aegritudinum</b>	<b>xxviii.</b>
<b>De diversis generibus tormentorum . . . .</b>	<b>xxix.</b>
<b>De quodam horrendo facinore, scilicet quod quaedam mulier comedit infantem suum .</b>	<b>xxx.</b>
<b>Quod quandoque punitur innocens et nocens absolvitur . . . . .</b>	<b>xxxi.</b>

## LIBRI SECUNDI.

<b>Quaenam soleant homines communiter affectare</b>	<b>i.</b>
<b>De cupiditate . . . . .</b>	<b>ii.</b>
<b>De inquis muneribus . . . . .</b>	<b>iii.</b>
<b>De acceptione personarum . . . . .</b>	<b>iv.</b>
<b>De venditione iustitiae . . . . .</b>	<b>v.</b>
<b>De insatiabili desiderio cupidorum . . . . .</b>	<b>vi.</b>
<b>Quare cupidus satiari non potest . . . . .</b>	<b>vii.</b>
<b>De falso nomine divitiarum . . . . .</b>	<b>viii.</b>
<b>Exempla contra cupiditatem . . . . .</b>	<b>ix.</b>
<b>De superflua sollicitudine cupidorum . . . . .</b>	<b>x.</b>
<b>De avaritia . . . . .</b>	<b>xi.</b>
<b>Cur avaritia sit servitus idolorum . . . . .</b>	<b>xii.</b>
<b>De quibusdam proprietatibus avaritiae . . . .</b>	<b>xiii.</b>
<b>De iniqua possessione divitiarum . . . . .</b>	<b>xiv.</b>
<b>De licitis opibus . . . . .</b>	<b>xv.</b>

	Cap.
<b>De incertitudine divitiarum . . . . .</b>	<b>xvi.</b>
<b>De gula . . . . .</b>	<b>xvii.</b>
<b>Exempla contra gulam . . . . .</b>	<b>xviii.</b>
<b>De ebrietate . . . . .</b>	<b>xix.</b>
<b>Exempla contra ebrietatem . . . . .</b>	<b>xx.</b>
<b>De luxuria . . . . .</b>	<b>xxi.</b>
<b>De generalitate luxuriae . . . . .</b>	<b>xxii.</b>
<b>De diversis speciebus luxuriae et poenis earum</b>	<b>xxiii.</b>
<b>De coitu contra naturam . . . . .</b>	<b>xxiv.</b>
<b>De poena huius sceleris . . . . .</b>	<b>xxv.</b>
<b>De ambitioso . . . . .</b>	<b>xxvi.</b>
<b>De nimia concupiscentia ambitiosorum . . .</b>	<b>xxvii.</b>
<b>De ambitioso exemplum . . . . .</b>	<b>xxviii.</b>
<b>De brevi et misera vita magnatum . . . .</b>	<b>xxix.</b>
<b>De diversis proprietatibus superborum . . .</b>	<b>xxx.</b>
<b>De superbia et casu Luciferi . . . . .</b>	<b>xxxi.</b>
<b>De arrogantia hominum . . . . .</b>	<b>xxxii.</b>
<b>De abominatione superbiae . . . . .</b>	<b>xxxiii.</b>
<b>Contra arrogantiam superborum . . . . .</b>	<b>xxxiv.</b>
<b>Contra fraudem ambitiosorum exemplum . .</b>	<b>xxxv.</b>
<b>De proprietatibus arrogantium . . . . .</b>	<b>xxxvi.</b>
<b>De superfluo cultu . . . . .</b>	<b>xxxvii.</b>
<b>Contra superfluum ornatum . . . . .</b>	<b>xxxviii.</b>
<b>Quod plus defertur vestibus quam virtutibus</b>	<b>xxxix.</b>
<b>De fucatione colorum . . . . .</b>	<b>xl.</b>
<b>De immunditia cordis . . . . .</b>	<b>xli.</b>
<b>De doloribus, quos mali patiuntur in morte .</b>	<b>xlii.</b>
<b>De adventu Christi ad diem mortis cuiuslibet</b>	
<b>hominis . . . . .</b>	<b>xliii.</b>

## LIBRI TERTII.

	Cap.
<b>De putredine cadaverum . . . . .</b>	<b>I.</b>
<b>De tristi memoria damnatorum . . . . .</b>	<b>II.</b>
<b>De inutili poenitentia damnatorum . . . . .</b>	<b>III.</b>
<b>De poenis inferni diversis . . . . .</b>	<b>IV.</b>
<b>De ineffabili angustia damnatorum . . . . .</b>	<b>V.</b>
<b>De igne gehennali . . . . .</b>	<b>VI.</b>
<b>De tenebris inferni . . . . .</b>	<b>VII.</b>
<b>De confusione poenarum . . . . .</b>	<b>VIII.</b>
<b>De indeficientia tormentorum . . . . .</b>	<b>IX.</b>
<b>Cur reprobi nunquam liberabuntur a poenis . .</b>	<b>X.</b>
<b>Testimonia de suppliciis aeternalibus . . . .</b>	<b>XI.</b>
<b>De die iudicii . . . . .</b>	<b>XII.</b>
<b>De iudicium praecedente tribulatione . . . .</b>	<b>XIII.</b>
<b>De signis iudicium praecedentibus . . . . .</b>	<b>XIV.</b>
<b>De potentia, sapientia et iustitia iudicis . . .</b>	<b>XV.</b>
<b>De divino iudicio . . . . .</b>	<b>XVI.</b>
<b>Quod nihil proderit damnatis . . . . .</b>	<b>XVII.</b>

## APPENDICIS.

<b>De perseverantia . . . . .</b>	<b>I.</b>
<b>De caritate . . . . .</b>	<b>II.</b>

---

*Incipit liber de contemptu mundi sive  
de miseria humanae conditionis, a Lo-  
thario diacono cardinali sanctorum Ser-  
gii et Bacchi editus, qui postea Inno-  
centius papa tertius appellatus est. Et  
dividitur in tres partiales libros.*

#### **PROLOGUS.**

Domino patri charissimo P. dei gratia  
Portuensi episcopo Lotharius, indignus dia-  
conus, gratiam in praesenti et gloriam in  
futuro. Modicum otii, quod inter multas an-  
gustias nuper ea, quam nosti, occasione cap- 5  
tavi, non ex toto mihi praeteriit otiosum.  
Sed ad deprimendam superbiam, quae caput  
est omnium vitiorum,<sup>a</sup> vilitatem humanae  
conditionis uterque descripti. Titulum au-  
tem praesentis opusculi vestro nomini dedi- 10  
cavi rogans et postulans, ut si quid in eo ve-  
stra discretio dignum invenerit, divinae gra-

a) Eccli. 10, 15.

---

1. *dei gratia* om. C.    3. *et om.* Cla.    4. *in-*  
*ter angustias multas* M.    5. *quam nostis* M.    9. *au-*  
*tem* om. M.    10. *vestro nomine* M.

tiae totum adscribat. Si vero paternitas ve-  
stra suggesserit, dignitatem humanae naturae,  
Christo favente, describam, quatenus ita per  
hoc humilietur elatus, ut per illud humili-  
s exaltetur.

1. adscribatis C. 2. vilitatem, superp. dignita-  
tem, M. 3. ita om. M. 4. ut] et M. humiliis ex-  
altetur] homō nunc exaltetur, ad marg.: al. humiliis  
gratuletur, M. humiliis gratuletur A.

---

## **LIBER PRIMUS.**

### **CAP. I.**

*De miserabili humanae conditionis ingressu.*

Quare de vulva matris egressus sum,  
ut viderem laborem et dolorem, et consu-  
merentur in confusione dies mei?<sup>a</sup> Si talia  
de se locutus est ille, quem dominus san-  
ctificavit in utero, qualia loquar ego de me,<sup>5</sup>  
quem mater mea genuit in peccatis? Heu  
me, dixerim, mater mea, quid me genuisti,  
filium amaritudinis et doloris? Quare non  
in vulva matris mortuus sum? egressus ex  
utero non statim perii? Cur exceptus geni-<sup>10</sup>  
bus, lactatus uberibus,<sup>b</sup> natus in combustio-  
nem et cibum ignis?<sup>c</sup> Utinam imperfectus

a) Jerem. 20, 18. b) Job. 3, 11—12. c) Isaiae  
9, 5.

---

[Inscript.] *De miseria hominis MC. 4. quem  
deus M. 6. in peccato M. 9. matris om. M.  
Quare egressus C. ex] de MJ2. 11. combustionem]  
confusionem MA.*

fuisse in utero, ut fuisse mihi mater mea  
 sepulchrum et vulva eius conceptus aeternus.<sup>a</sup>  
 Fuisse enim quasi non essem, de utero trans-  
 latus ad tumulum.<sup>b</sup> Quis ergo det oculis meis  
 5 fontem lachrymarum,<sup>c</sup> ut fleam miserabilem  
 conditionis humanae ingressum, culpabilem hu-  
 manae conversationis progressum, damnabilem  
 humanae dissolutionis egressum? Consideravi  
 ergo cum lachrymis, de quo factus sit homo,  
 10 quid faciat homo, quid facturus sit homo. Sane  
 formatus de terra, conceptus in culpa, natus  
 ad poenam, agit prava quae non licent, turpia  
 quae non decent, vana quae non expedient,  
 fiet cibus ignis, esca vermis, massa putredi-  
 15 nis. Exponam id planius, edisseram plenius.  
 Formatus est homo de pulvere, de luto, de  
 cinere, quodque vilius est, de spurcissimo  
 spermate: conceptus in pruritu carnis, in fer-  
 vore libidinis, in foetore luxuriae, quodque  
 20 deterius est, in labore peccati; natus ad labo-  
 rem, dolorem, timorem, quodque miserius

a) Jerem. 20, 17. b) Job. 10, 19. c) Jerem. 9, 1.

---

1. *ut]* et Ca. *fuisse* mihi om. Ca. 5. *ut de-*  
*fleam* C. 6. *humanae conditionis* M. 8. *Consi-*  
*deraverim* Claj, *Consideraverit* Cv. 9. *enim ergo* M.  
 10. *facturus]* *futurus* MA. *sū]* est M, *sum* J. 11. *in]*  
*de* Ca. 14. *esca vermis* C. 20. *ad laborem,*  
*timorem, dolorem* M.

est, ad mortem. Agit prava, quibus offendit deum, offendit proximum, offendit seipsum. Agit turpia, quibus polluit famam, polluit conscientiam, polluit personam. Agit vana, quibus negligit seria, negligit utilia, negligit necessaria. Fiet cibus ignis, qui semper ardet et urit inextinguibilis, esca vermis, qui semper rodit et comedit immortalis, massa putredinis, quae semper foetet et sordet horribilis.

19

## CAP. II.

*De vilitate materiae ipsius hominis.*

Formavit igitur dominus deus hominem de limo terrae, quae caeteris elementis est vilior, ut patet Gen. 2. Planetas et stellas fecit ex igne, flatus et ventos fecit ex aere, pisces et volucres fecit ex aqua, homines et iumenta fecit de terra. Considerans igitur aquatica homo se vilem inveniet, considerans aerea se viliorem agnoscat, considerans ignea se vilissimum reputabit, nec va-

3. polluit famam, polluit personam, polluit conscientiam M. 6. Fit J. [Inscript.] *ipsius hominis* om. C. *De vilitate materiae, de qua factus est homo* J. 12. *quae caeteris est indignior elementis* M. 13. *ut patet Gen. 2.* om. M. 16. *Considerans ergo* M. 17. *homo* om. CJ. 19. *nec se parificabit* C.

lebit se parificare coelestibus, nec audebit  
se praeserre terrenis, quia parem se iumentis  
inveniet et similem recognoscet. Unus  
est enim hominum et iumentorum interitus  
5 et aequa utriusque conditio, et nihil habet  
homo iumento amplius. De terra orta sunt,  
et in terram pariter revertentur.<sup>a</sup> Verba sunt  
ista non cuiuslibet hominis, sed sapientissimi  
Salomonis. Quid est igitur homo, nisi lutum  
10 et cinis? Hinc enim homo dicit ad deum:  
Memento quaeso, quod sicut lutum feceris me,  
et in pulverem me reduces.<sup>b</sup> Hinc et deus  
inquit ad hominem: Pulvis es, et in pulve-  
rem reverteris.<sup>c</sup> Comparatus sum (ait Iob)  
15 luto, et assimilatus sum favillae et cineri.<sup>d</sup>  
Lutum efficitur ex aqua et pulvere, utroque  
manente; cinis autem fit ex ligno et igne,  
utroque deficiente. Expressum mysterium,  
sed alias melius exprimendum. Quid ergo lu-

<sup>a)</sup> Eccle. 3, 18—21. <sup>b)</sup> Job. 10, 9. <sup>c)</sup> Gen. 3, 19. <sup>d)</sup> Job. 30, 19.

---

2. *se parem* J. 3. *et superp.* M. 4. *enim om.* M.  
*interitus hominum et iumentorum* J. 5. *aequa superp.*  
*M. habet]* potest C. 6. *amplius iumento* M. 8. *Verba*  
*ista sunt* J. 9. *igitur]* ergo M. 12. *reduces*  
*me MJ, me deduces* Ca. 13. *Cinis es et in cine-*  
*rem reverteris* MJ. 14. *Job ad marg. pon.* M. 17. *ex*  
*igne et ligno* M. 19. *melius om.* CJ, *superp.* M.

**tum superbis? de quo pulvis extolleris? unde  
cinis gloriaris?**

## CAP. III.

*De vito conceptionis.*

An illud forsan respondebis, quod Adam ipse fuit de limo terrae formatus, tu autem ex humano semine procreatus? At ille fuit 5 formatus de terra, sed virgine, tu vero procreatus de semine, sed immundo. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine?<sup>a</sup> Quis est homo, ut immaculatus sit et iustus appareat natus de mu- 10 liere? Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.<sup>b</sup> Non in una tantum iniquitate, non in uno tantum delicto, sed in multis iniquitatibus et in multis delictis. In delictis videlicet et ini- 15 quitatibus propriis, in delictis et iniquitatibus alienis.

a) Job. 14, 4. b) Psalm. 50, 7.

---

3. forsan] forte M. 6. de terra virgine C, de terra sed de virgine M. 8. facere conceptum mundum de immundo conceptum semine M. 9. Quid est homo, quod C. 14. tantum om. C. 15. videlicet om. MJ. in delictis videlicet et iniquitatibus propriis, in delictis et iniquitatibus alienis] in delictis videlicet et iniquitatibus alienis C.

## CAP. IV.

*De conceptione infantis.*

Est enim duplex conceptio, una semi-minum et altera naturarum. Prima fit in commissis, secunda fit in contractis. Parentes enim committunt in prima, proles cons trahunt in secunda. Quis enim nesciat concubitum etiam coniugalem nunquam omnino committi sine pruritu carnis, sine fervore luxuriae, sine foetore libidinis? Unde semina concepta foedantur, maculantur et vitiantur, ex quibus anima tandem infusa contrahit labem peccati, maculam culpae, sordem iniquitatis, sicut ex vase corrupto liquor infusus corrumpitur, et pollutum contingens ex ipso contactu polluitur. Habet enim anima tres naturales potentias, sive tres naturales vires: rationalem, ut discernat inter bonum et malum; irascibilem, ut respuat malum; concupisibilem, ut appetat bonum. Ista tres vires tribus oppositis vitiis originaliter corrum-puntur; vis rationalis per ignorantiam, ut non discernat inter bonum et malum; vis irascibilis per iracundiam, ut respuat bonum;

1. enim] autem J. 3. fit om. M. 5. contrahit MCJ. 7. sine fervore libidinis, sine foetore luxuriae M.

vis concupisibilis per concupiscentiam, ut appetat malum. Prima gignit delictum, ultima parit peccatum, media delictum generat et peccatum. Est enim delictum non facere faciendum; peccatum agere non agendum. 5 Haec tria vitia contrahuntur ex carne corrupta per tres naturales illecebras. In carnali quippe commercio rationis sepitur intuitus, ut ignorantia seminetur, libidinis irritatur pruritus, ut iracundia propagetur, 10 voluptatis satiatur affectus, ut coneupiscentia contrahatur. Hic est tyrannus carnis, lex membrorum, fomes peccati, languor naturae, pabulum mortis, sine quo nemo nascitur, sine quo nullus moritur, qui, si 15 quando transit reatu, semper tamen remanet actu. Si enim dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus et veritas in nobis non est.<sup>a</sup> O gravis necessitas et infelix conditio. Antequam peccemus, pec- 20 cato constringimur, et antequam delinquamus, delicto tenemur. Per hominem unum peccatum in hunc mundum intravit, et per

a) I. Joan. 1, 8.

---

7. *tres carnales JA, tres naturales carnales M.*  
 21. *peccato astringimur M.*      22. *de delicto M. Per unum hominem J.*

peccatum in omnes homines mors pertransit.<sup>a</sup>  
 An non patres uvam comederint acerbam,  
 et dentes filiorum obstupescunt?<sup>b</sup>

## CAP. V.

*Quali cibo conceptus nutriatur in utero.*

Sed attende, quo cibo conceptus nutritur in utero. Profecto sanguine menstruo, qui cessat ex foemina post conceptum, ut ex eo conceptus nutritur in foemina, qui fertur esse tam detestabilis et immundus, ut ex eius contactu fruges non germinent, arescant arbusta, moriantur herbae, amiltant arbores foetus, et si canes inde comederint, in rabiem efferantur.<sup>c</sup> Concepti foetus vitium seminis contrahunt, ita ut leprosi et elephantiaci ex hac corruptione nascantur. Unde secundum legem Mosaicam mulier, quae menstruum patitur, reputatur immunda, et si

a) Róm. 5, 12.      b) Jerem. 31, 29. Ezech. 18, 2.      c) Cf. Plinii H. N. VII. 13 (15).

1. *pertransiit* J. *Per unum hominem* (ad marg. *mors*) *in hunc mundum primum intravit et per peccatum primum in omnes homines mors pertransit* M. 2. *comederunt uvam acerbam* M. [Inscript.] *in utero nutritur* M. 6. *a femina* J. *conceptum superp.* M. 9. *ad eius contactum* C. 11. *et om.* MCl. 16. *menstrua* M. *immunda reputatur* M.

quis ad menstruatam accesserit, iubetur interfici.<sup>a</sup> Ac propter immunditiam menstruum praecipitur, ut mulier si masculum pareret, quadraginta, si vero foeminam, octoginta diebus a templi cessaret ingressu.<sup>b</sup> .5

## CAP. VI.

*De imbecillitate infantis.*

Quare ergo data est misero lux, et vita iis, qui sunt in amaritudine animae?<sup>c</sup> Felices illi, qui moriuntur antequam orientur, prius mortem sentientes, quam vitam scientes. Quidam enim tam deformes et prodigiosi nascuntur, ut non homines, sed abominationes potius videantur, quibus forte melius fuisse provisum, si nunquam prodiissent ad visum, quoniam ut monstra monstrantur et ostenduntur ostentui. Plerique vero diminuti membris, et sensibus corrupti nascuntur, amicorum tristitia, parentum infamia, verecundia propinquorum. Quid hoc particulariter dixe-

a) Levit. 20, 18. b) Levit. 12, 2 sqq. c) Job. 3, 20.

---

3. si masculum pareret, quadraginta diebus a templi cessaret ingressu, si vero feminam, septuaginta. J. 7. iis] his MCJ. 15. ostentui ostenduntur J.

rim de quibusdam, quum generaliter omnes sine scientia, sine verbo, sine virtute nascamur? flebiles, debiles, imbecilles, parum a brutis distantes, imo minus in multis habentes? Nam illa statim ut orta sunt, graduntur, nos autem non solum erecti pedibus non incedimus, verum etiam curvali manibus non reptamus.

## CAP. VII.

*De dolore partus et ciuiliatu infantis.*

Omnis nascimur eiulantes, ut nostram miseriam exprimamus. Masculus enim recenter natus dicit A, foemina vero E. Dicentes E vel A, quotquot nascuntur ab Eva. Quid est igitur Eva, nisi heu ha? Utrumque dolentis est interiectio, doloris.·exprimens magnitudinem. Haec enim ante peccatum virago, post peccatum Eva meruit appellari, ex quo sibi dictum audivit: In dolore paries.<sup>a)</sup> Non

a) Gen. 3, 16. 20.

---

1. dum generaliter M. 2. nascimur M. 5. ut exorta sunt J. Nam ut illa orta sunt, statim graduntur C. [Inscript.] infantis] nascentis M. 9. nostram] naturae A. 11. vero om. C, superp. M. 13. est ergo M. heu a J. eu a, ad marg. heu, M. 15. Hanc] Hinc CJ.

est enim dolor sicut parturientis. Unde Rachel p<sup>r</sup>aem<sup>e</sup> nimio dolore partus interiit et moriens vocavit nomen filii sui Benoni, id est filium doloris.<sup>a</sup> Uxor Phinees subitis doloribus irruentibus peperit simul ac periit, et in ipso mortis articulo vocavit filium Icabod.<sup>b</sup> Mulier autem ut naufragus, quum parit, tristitiam habet, quum vero peperit puerum, iam non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum.<sup>c</sup> Concipit ergo cum immunditia et foetore, parit cum tristitia et dolore, nutrit cum angustia et labore, custodit cum instantia et timore.

## CAP. VIII.

*De nuditate hominis.*

Nudus egreditur, et nudus regreditur. Pauper accedit, et pauper recedit. Nudus,<sup>15</sup> inquit Iob, egressus sum de utero matris meae,

a) Gen. 35, 18. b) I. Reg. 4, 19—22. c) Joan. 16, 21.

---

1. enim om. M. sicut dolor parturientis J. 3. Benon M. 4. filius doloris CJ. 6. Hichabot, superp. i.e. filium doloris, M, Hycaboth Cl, Nabot i.e. filium moeroris J. 8. puerum] masculum M, filium masculum J. 10. in mundo homo M. [inscript.] De nuditate nascentis J. 15. Job, nudus, inquit, M.

et nudus revertar illuc.<sup>a</sup> Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus.<sup>b</sup> Si quis autem indutus ingreditur, attendat quale proferat indumentum. Turpe dictu, turpius auditu, turpissimum visu. Foedam pelliculam sanguine cruentam. Haec est illa maceria, de qua Thamar inquit in partu: Quare divisa est propter te maceria? Et ob hanc causam vocavit nomen eius Phares,<sup>c</sup> quod interpretatur divisio.

## CAP. IX.

*Quem fructum homo producit.*

O vilis conditionis humanae indignitas, o indigna vilitatis humanae conditio. Herbas et arbores investiga. Illae de se producunt flores et frondes et fructus, et heu tu de te lendes et pediculos et lumbricos. Illae de se fundunt oleum, vinum et balsamum, et tu de te sputum, urinam et stercus. Illae de se

a) Job. 1, 21.      b) I. Tim. 6, 8.      c) Gen. 38, 29.

---

3. *indutus egreditur CJ.*      6. *Foedam scilicet J. cruentatam] cruentam M.*      7. *maceria] materia J.*  
 9. *maceria] materia MJ.* *Et ex hac causa M.*      10. *quod interpretatur divisio om. MC.*      11. *humanae conditionis M.* o om. M.      14. *flores, frondes et fructus J.*  
*et frondes om. MCJ.* *heu om. CJ.*

spirant suavitatem odoris, et tu de te reddis abominationem foetoris. Qualis est ergo arbor, talis est fructus. Non enim potest arbor mala fructus bonos facere.<sup>a</sup> Quid est enim homo secundum formam, nisi quaedam 5 arbor inversa? cuius radices sunt crines, truncus est caput cum collo, stipes est petitus cum alvo, rami sunt ilia cum tibiis, frondes sunt digiti cum articulis. Hoc est folium quod a vento rapitur, et stipula quae a sole 10 siccatur.<sup>b</sup>

## CAP. X.

*De incommodis senectutis et brevitate vitae hominis.*

In primordio conditionis humanae non-ingentis annis et amplius homines vixisse leguntur,<sup>c</sup> sed paulatim vita hominis declinante dixit dominus ad Noe: Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est, eruntque dies illius centum viginti

a) Matth. 7, 17—18. b) Job. 13, 25. c) Gen. 5, 5 sqq.

---

2. ergo om. CJ. 3. non enim arbor mala fructus bonos facere potest M. 4. Quid enim est M. 6. arbor eversa MJ. 7. truncus est caput cum collo om. Ca. cuius stipes ClvJ. 8. iliae M, ulnae CJ. [Inscript.] hominis om. CJ. De brevitate vitae hominis M. 12. nongentis MJ. 17. centum viginti quinque J.

annorum.<sup>a</sup> Quod intelligi potest tam de termino vitae, quam de spatio poenitendi. Ex tunc enim rarissime leguntur homines plus vixisse, sed cum magis ac magis vita recis deretur humana, dictum est a Psalmista: Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor.<sup>b</sup> Nonne autem paucitas dierum meorum finietur breui tempore?<sup>c</sup> Dies nostri velocius transeunt quam a texente tela succiditur.<sup>d</sup> Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.<sup>e</sup> Pauci enim nunc ad quadraginta, paucissimi ad sexaginta annos perveniunt.

a) Gen. 6, 3.    b) Psalm. 89, 10.    c) Job. 10, 20.    d) Job. 7, 6.    e) Job. 14, 1—2.

---

4. rescideretur M, recidetur Ca, rescinderetur Cv.  
 6. *septuaginta annis* M.    7. *et amplius*] plurimum M, et plurimum Cla.    8. *Nonne*] Nunc M.    9. *dierum nostrorum* J. *tempore* om. M.    10. *Dies mei* M.  
 15. *enim* om. CJ.

## CAP. XI.

*De incommodis senectutis.*

Si quis autem ad senectudem processerit, statim cor eius affligitur et caput concutitur, languet spiritus, et foetet anhelitus, facies rugatur et statura curvatur,<sup>a</sup> caligant oculi et vacillant articuli, nares effluunt et crines defluunt, tremit tactus et deperit actus, dentes putrescunt et aures surdescunt. Senex facile provocatur, difficile revocatur, cito credit et tarde discredit, tenax et cupidus, tristis et querulus, velox ad loquendam, tardus ad audiendum, sed non tardus ad iram, laudat antiquos, spernit modernos, vituperat praesens, commendat praeteritum, suspirat et anxiatur, torpet et infirmatur. Audi Horatium poetam : Multa senem circumveniunt <sup>15</sup> incommoda.<sup>b</sup> Porro nec senes contra iuvenem glorientur, nec insolescant iuvenes con-

a) Greg. M. Homil. in evang. L. I. Hom. 1.  
b) ad Pison. 169.

---

[Inscript.] *De modis (ad marg. incom.) senectutis* M. 4. *caligantur Claj.* 5. *et crines*], *crines* M. 6. *deprimit actus Cav.* 8. *et difficile J.* 11. *sed non tardus ad iram om. Cl.* 12. *et spernit MJ.* 13. *et commendat J. laudat M.* 15. *Horatium om. M. Horatium poetam dicentem J.* 16. *incomoda etc.* MJ.

**tra senem, quia quod sumus, iste fuit, erimus quandoque quod hic est.**

## CAP. XII. .

*De labore mortalium.*

Avis ergo nascitur ad volandum, et homo nascitur ad laborem.<sup>a</sup> Cuncti dies eius laboribus et aerumnis pleni sunt, nec per noctem requiescit mens eius. Et quid hoc est nisi vanitas? Non est quisquam sine labore sub sole, non est sine defectu sub luna, non est sine vanitate sub tempore. Tempus est mora rerum mutabilium. Vanitas vanitatum, inquit Ecclesiastes, et omnia vanitas.<sup>b</sup> O quam varia sunt studia hominum, quam diversa sunt exercitia. Unus est tamen omnium finis et idem effectus, labor et afflictio spiritus. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et iugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturae in matrem omnium.<sup>c</sup>

a) Job. 5, 7. b) Eccle. 1, 2. c) Eccli. 40, 1.

---

3. ergo om. J. 4. ad laborandum M.

6. Et hcc nonne vanitas MJ. 9. mora] motus A. Tempus enim est mora motus rerum mutabilium MJ. 11. varia] vana J. 12. hominis studia M. diversa exercitia J. 15. est om. M. 16. filios Adae M. 17. usque ad J.

## CAP. XIII.

*De studio sapientum.*

Perscrutentur sapientes, investigent alta coeli, lata terrae, profunda maris, et de singulis disputatione, de cunctis pertractent, discant semper aut doceant. Et quid ex hac occupatione nisi labore et dolorem et afflictionem spiritus invenient? Noverat hoc experimento qui dixerat: Dedi cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam, errores et stultitiam, et agnovi quod esset labor et afflictio spiritus, eo quod in multa sapientia multa sit indignatio, et qui addit scientiam, addit dolorem.<sup>a</sup> Licet enim oporteat indigantem et multis insudare vigiliis et invigilare laboribus et sudoribus, vix tamen est quicquam tam vile, vix est tam facile, quod ad plenum intelligat homo comprehendatque ad liquidum, nisi forsitan illud perfecte sciatur, quod nihil scitur perfecte, quamquam ex hoc insolubilis redargutio consequatur. Quin-

a) Eccle. 1, 17—18.

- 
- |                           |                         |                                  |
|---------------------------|-------------------------|----------------------------------|
| 1. et investigent M.      | 2. et om. CavJ.         |                                  |
| 3. discantque J.          | 7. dixit J.             | 12. et dolorem M.                |
| 13. et multis] multis MJ. | 14. laboribus et om. M. |                                  |
| 15. est om. J.            | 16. homo om. MJ.        | comprehendatque] comprehendat M. |
|                           | 18. perfecte sciatur M. |                                  |

imo corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.<sup>a</sup> Audi quod super hoc sentiat Salomon: Cunctae res difficiles, non potest eas homo explicare sermone.<sup>b</sup> Est homo qui diebus ac noctibus somnum non capit oculis, et nullam operum dei potest invenire rationem. Et quanto plus laboraverit ad quaerendum, tanto minus inveniet.<sup>c</sup> Deficiunt ergo scrutantes scrutinio, quoniam accedit homo ad cor altum, et exaltabitur Deus.<sup>d</sup> Perscrutator enim maiestatis opprimetur a gloria.<sup>e</sup> Qui enim magis intelligit, magis dubitat, et ille videtur sibi plus sapere, qui plus desipit. Ergo pars scientiae est scire quod nesciat. Fecit autem deus hominem rectum, et ipse se infinitis immiscuit quaestionibus.<sup>f</sup>

a) Sap. 9, 15. b) Eccle. 1, 8. c) Eccle. 8, 16—17. d) Psalm. 63, 7—8. e) Prov. 25, 27. f) Eccle. 7, 30.

---

1. *Quinimo enim M.* 2. *sensum M.* 4. *di-*  
*cit Salomon J.* 10. *scrutinium ClJ.* 13. *enim*  
*om. M.* 15. *Pars ergo M.* 16. *nescias M.*  
17. *miscuit M.*

## CAP. XIV.

*De variis studiis hominum.*

Current et discurrent mortales per sepes  
et semitas, ascendunt montes, transcendunt  
colles, transvolant rupes, pervolant Alpes,  
transgrediuntur foveas, ingrediuntur caver-  
nas, rimantur viscera terrae, profunda maris,<sup>5</sup>  
incerta fluminis, opaca nemoris, invia solitu-  
dinis, exponunt se ventis et imbribus, toni-  
truis et fulminibus, fluctibus et procellis, rui-  
nis et praecipiis. Metalla cudunt et con-  
flant, lapides sculpunt et poliunt, ligna suc-<sup>10</sup>  
cidunt et dolant, telas ordiuntur et texunt,  
vestes incident et consuunt, aedificant domos,  
plantant hortos, excolunt agros, pastinant vi-  
neas, succendent clibanos, extruunt molen-  
dina, piscantur, venantur et aucupantur. Me-<sup>15</sup>  
ditantur et cogitant, consiliantur et ordinant,  
querulantur et litigant, diripiunt et furantur,  
decipiunt et mercantur, contendunt et pree-  
liantur, et innumera talia faciunt, ut opes  
congerant, ut quaestus multiplicent, ut lucra <sup>20</sup>

[Inscript.] *De variis hominum studiis M.* 7. ex-  
ponunt se ventis et ruinis et praecipiis, imbribus,  
tonitruis, fulminibus, fluctibus, fluminibus et procel-  
lis Cav. 13. et plantant J. 17. querelantur  
MCJ. 19. faciunt om. CJ, ad marg. pen. M.

secentur, ut honores acquirant, ut dignitates extollant, ut potestates extendant, et haec quoque labor et mentis afflictio. Si mihi non creditur, Salomoni credatur: Magnificavi,  
 5 inquit, opera mea: aedificavi mihi domos et plantavi mihi vineas, feci hortos et pomaria, consevi ea cuncti generis arboribus, extruxi mihi piscinas aquarum, ut irrigarem sylvam lignorum germinantium, possedi ser-  
 10 vos et ancillas, multamque familiam habui, armenta quoque et magnos ovium greges, ultra omnes qui fuerant ante me in Hierusalem. Coacervavi mihi aurum et argentum, et substantias regum et provinciarum. Feci  
 15 mihi cantores et cantatrices et delicias filiorum hominum, sciphos et urceolos in ministerio ad vina fundenda, et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Hierusalem.<sup>a</sup> Cumque me convertissem ad uni-  
 20 versa, quae fecerant manus meae, et ad labo-

a) Eccle. 2, 4—9.

---

2. extendant] ostendant J. 3. labor est et M.  
 5. et aedificavi J. 6. mihi om. MJ. feci ortos et  
 pomeria et consevi (ad marg. fructibus) cuncti gene-  
 ris arborum M. feci hortos et pomeria et conservi  
 cuncti generis arbores J. 8. irrigarent J. 11. ar-  
 mentaque C. 13. argentum et aurum M. 20. fe-  
 cerant manus meae, superp. manus, M.

res, quibus frustra insudaveram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi, et nihil permanere sub sole.<sup>a</sup>

## CAP. XV.

*De diversis anxietatibus.*

O quanta mortales angit anxietas, affigit cura, solicitude molestat, metus exterret, tremor concutit, horror abducit, dolor affigit, conturbat tristitia, contristat turbatio. Pauper et dives, servus et dominus, coniugatus et continens, denique bonus et malus, omnes mundanis cruciatibus affliguntur et 10 mundanis afflictionibus cruciantur. Experto crede magistro. Si impius (inquit) fuero, vae mihi est. Et si iustus, non levabo caput saturatus afflictione et miseria.<sup>b</sup>

## CAP. XVI.

*De miseria divitum et pauperum.*

Pauperes enim premuntur inedia, cruentantur aerumna, fame, siti, frigore, nuditi-

a) Eccle. 2, 11.      b) Job. 10, 15.

---

1. sudaveram C.	7. turbatio] tribulatio A.
13. saturatus] satiatus J.	[Inscript.] De miseria
pauperum et divitum MCJ.	16. et nuditate MJ.

tate, vilescent, tabescunt, spernuntur, et confunduntur. O miserabilis mendicantis conditio, et si petit, pudore confunditur, et si non petit, egestate consumitur, sed ut mens dicet, necessitate compellitur. Deum causatur iniquum, quod non recte dividat. Proximum criminatur malignum, quod non plene subveniat. Indignatur, murmurat, imprecatur. Adverte super hoc sententiam Sapientis:  
 10 Melius est (inquit) mori quam indigere.<sup>a</sup> Etiam proximo suo pauper odiosus erit. Omnes dies pauperis mali, fratres hominis pauperis oderunt eum. Insuper et amici procul recesserunt ab eo: quia quam fueris felix, multos  
 15 numerabis amicos, tempora si fuerint umbila, solus eris.<sup>b</sup> Proh pudor secundum fortunam existimatur persona, quam potius secundum personam aestimanda sit fortuna. Tam bonus reputatur quam dives, tam malus  
 20 quam pauper, quam potius tam dives sit repu-

a) Eccli. 40, 29.

b) Ovid. Trist. I. 8. 6.

---

1. contabescunt M. 2. conditio mendicantis M.  
 10. inquit om. MJ. et etiam J. 12. hominis om. Cav.  
 pauperis hominis M. 14. quia om. M. 16. Proch  
 dolor M. 18. secundum personam aestimanda sit  
 personae fortuna J. secundum personam (superp. for-  
 tuna) sit existimanda M. 19. quam] ut MJ. 20. quam]  
 ut MJ.

tantus quem bonus, tam pauper quam malus. Dives autem a superfluitate resolvitur, et instantia effrenatur, carrit ad libitum, et corruit ad illicitum. Etiam sunt instrumenta poenarum, quae fuerant oblectamenta culparum. Labor in acquirendo, timor in possidente, dolor in amittendo, mentem eius semper fatigat, solicitat et affligit. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.<sup>a</sup> Sed de hoc in sequentibus plenius dicemus. 49

## CAP. XVII.

*De miseria servorum et dominorum.*

Servus ministrat, minis terretur, angariis fatigatur, plagis affligitur, opibus spoliatur: quod si non habet, habere compellitur, et si habet, cogitur non habere. Culpa domini, servi poena: culpa servi, domini praeda. Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.<sup>b</sup> Venatio leonis onager in eremo, sic et pa-

a) Matth. 6, 21.      b) Horat. Epist. I. 2. 14.

---

1. *quam bonus] ut bonus MJ. quam malus] ut malus MJ.* 2. *a om. M.* 4. *Etiam] et M.* 5. *poena-  
rum pon. ad marg. M. quae modo J. fuerunt MJ.* 7. *mentem eius thesaurus M.* 8. *solicitat om. CJ.  
enim om. M.* 9. *thesaurus suus M. cor suum M.* 10. *plenius in sequentibus videbimus M.* 11. *ministrat  
om. M. minis terretur om. CJ.* 13. *quod] et M.*

scua divitum pauperes.<sup>a</sup> O extrema conditio servitutis. Natura liberos genuit, sed fortuna servos constituit. Servus cogitur pati et nemo sinitur compati, dolere compellitur et nemo condolere permittitur. Sic ipse non suus est, ut nemo sit sibi. Miseri qui castra sequuntur, quia miserum est vivere aliena praeda. Dominum autem, si crudelis est, oportet vereri propter nequitiam subiectorum, si mitis est, contingit illum contemni propter insolentiam subiectorum. Severum ergo metus affigit, mansuetum vilitas parvi pendit. Nam crudelitas parit odium, et familiaritas parit contemptum. Familiaris enim cura fatigat, et domestica solicitude molestat. Oportet enim eum semper esse paratum, ubique munitum, ut possit insidias malignantium prae-  
cavere, oppugnantium iniurias propulsare, hostes conterere, cives tueri. Nec sufficit diei malitia sua, sed dies diei laborem eru-

a) Eccli. 13, 23.

---

4. dolore compellitur et nemo cum dolore permittitur M. 6. ut] nec (superp. ut) et M. si tibi Cav. 7. aliena vivere praeda M. 8. Dominus MJ. Q. oportet illum MJ. 11. subditorum M. 12. et mansuetum M. 13. Nam] Num J. 16. enim om. M. cum] hominem MJ. 17. malignantium insidias M.

ctat, et nox nocti solicitudinem indicat. Dies ergo laboriosi ducuntur, et noctes expenduntur insomnes.

## CAP. XVIII.

*De miseria continentis et coniugati.*

Si potest ignis non urere, potest caro non concupiscere, quia quantumcunque punitur, nunquam tamen Iebusaeus ille potest expelli. Naturam expellas furca, tamen usque recurret.<sup>a</sup> Non omnes (inquit) capiunt verbum istud, sed qui potest capere capiat.<sup>b</sup> Unde quum deus ipse de certis pontificalibus indumentis iussisset, ut Moyses et Aaron filios suos vestirent, de solis foeminalibus non praecepit, sed ait, ut ipsi foeminalibus uterentur, cum ingredierentur tabernaculum testimoniī.<sup>c</sup> Sed et Apostolus dicit: Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus,

a) Horat. Epist. I. 10. 24. b) Matth. 19, 11—12.  
c) Exod. 28, 42—43.

---

5. punitur] pugnetur MCIA. a. punitur add. ad marg. M. 6. tamen ex toto MJ. 7. Naturam ... recurret] Nam si furca expellas, tamen ubique recurrat M. 10. de caeleris CJ. 11. iniunxisset, ut Moyses Aaron et filios eius vestiverit M. 15. dicit] ait M, inquit J.

ut vacetis orationi, et iterum revertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.<sup>a</sup> Melius est enim nubere, quam uri.<sup>b</sup> Pugnat ergo contra continentiam angelus Satanae, qui carnaliter stimulat et graviter colaphizat, ignem naturae flatu suggestio-  
 nis succedit, materiam apponit, facultatem tribuit, et opportunitatem ministrat. Pugnat etiam et species quae subito visa est, facile con-  
 cupiscitur. Unde cum David post meridiem deambularet in palatio domus regiae videns ex adverso Bersabee se lavantem, misit et tulit eam et dormivit cum ea, erat enim mulier pulchra nimis.<sup>c</sup> Porro qui cum uxore est, solitus est quae sunt mundi et divisus est.<sup>d</sup> Distrahitur enim per multas angustias et in solicitudines varias dissecatur, ut filii et uxori, famulis et ancillis necessaria quaerat et subministret. Tribulationes ergo car-

a) I. Cor. 7, 5.      b) I. Cor. 7, 9.      c) II. Reg. 11, 2—4.      d) I. Cor. 7, 33.

2. ne] non Ca. ne temptat vos diabolus M.  
 5. graviter om. C. 6. suggestionis flatu M. 9. et om. M. etiam et specie C. est om. C. 11. in solario domus regiae M. 12. erat autem mulier pulchra valde, misit et tulit eam et dormivit cum illa M.  
 16. est om. M. angustias et iniurias J. 17. in varias solicitudines M. dissecatur] disceptatur J.

nis habent huiusmodi. Uxor contendit habere preciosum ornamentum et variam suppellectilem, ut pluris saepe sit cultas quam census mariti; alioquin per noctes et dies plangit et suspirat, gemit et murmurat. Tria sunt enim, quae non sinunt hominem in domo permanere, fumus, stillicidium et mala uxor. Illa (inquit) ornatrix procedit et ab omnibus honoratur, ego autem miserrima in conventu mulierum sola despicio, a cunctis contemnor. Sola vult diligi, sola laudari, alterius amorem suum asserit odium, alterius laudem suum suspicatur dedecus. Amandum est omne, quod diligit, odiendum est omne, quod odit. Vincere vult, sed vinci non valet. Famulari non patitur, sed dominari montitur. Cuncta vult posse, nulla non posse. Si pulchra fuerit, facile adamatur: si foeda,

2. ornatum MJA. 3. plurimus saepe sit Ca,  
pherimus sit saepe J. onitus uoxis MJ. 4. per  
dies et noctes M. 5. suspirat et plangit M. 7. per-  
manere om. M. et stillicidium Cav. In fine paginae  
dilatiori atramento addit M.:

A fumo, stillante domo, nequam muliere  
Te remove, tua namque solent haec saepe nocere.  
8. procedit in publicum M. et] haec M. 9. ego  
(autem om.) misera in conventu seminarum M. 11. di-  
ligi et laudari CavJ. 13. dedecus suspicatur MJ.  
15. odit] spernit MJA. 17. Cuncta vult posse,  
nulla non posse om. J.

non facile concupiscitur. Sed difficile custoditur, quod a multis diligitur, et molestum est possidere, quod nemo dignatur habere. Alius forma, alias ingenio, alias facetiis, alias liberalitate solicitat; et ex aliqua parte capitur, quod undique incessit. Equus et asinus, bos et canis, vestis et lectulus, calix etiam et urceolus prius probantur, postea comparantur. Sponsa vero vix tandem ostenditur, ne prius displiceat quam ducatur, qualicunque tamen casu obvenerit, semper est habenda. Si foeda, si foetida, si aegra, si fatua, si superba, si iracunda, si quolibet modo vitiosa,<sup>a</sup> nisi propter solam fornificationem non potest uxor a viro dimitti. Sed nec dimittens potest aliam ducere, nec dimissa alii potest copulari. Nam quicunque

a) Hieron. adv. Jovin. L. I. c. 47. ed. Vallars.

---

1. *non facile concupiscitur*] *facile concupiscit*  
MCJ. 4. *alias facetiis, alias ingenio, alias liberalitate* J. 5. *et sic* M. 6. *incessit*] *insistitur* J, *lacet* J, *incessit* A, *incessit* (superp. *agitat*) M. *Equus,* *asinus* CJ. 7. *bos et canis* om. CJ. 8. *et postea* M. 10. *qualicunque casus* (*tamen* om.) MJ. 11. *semper*] *necessario* MA. 12. *habenda*] *tenenda* M. 13. *quolibet modo*] *quantumlibet* M. 14. *nisi* om. M. 15. *non* om. M. 17. *potest alii copulari* M. *Nam quicunque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur* M.

dimiserit uxorem suam, nisi ob fornificatio-  
nis causam, facit eam moechari, et qui di-  
missam duxerit, moechatur.<sup>a</sup> Quod si uxor  
a viro discesserit, manere debet innupta aut  
viro suo reconciliari.<sup>b</sup> Similiter et vir, si dis-  
cesserit ab uxore. Grave nimis est pondus  
coniugii. Nam (ut inquit Salomon) stultus  
est et impius est, qui tenet adulteram,<sup>c</sup> et  
patronus est turpitudinis, qui celat crimen  
uxoris. Si vero dimittit adulteram, absque 10  
sui culpa punitur, quoniam illa vivente co-  
gitur continere, propter quod et discipuli  
Christi dixerunt: Si ita est causa hominis cum  
uxore, non expedit nubere.<sup>d</sup> Quis unquam  
aequanimiter potuit sustinere rivalem? Sola 15  
suspicio zelotypum vehementer affigit. Nam  
licet scriptum sit: erunt duo in carne una;<sup>e</sup>  
zelus tamen viri duos in una carne non pa-  
titur.

- 
- a) Matth. 5, 32.    b) I. Cor. 7, 11.    c) Prov.  
18, 22.    d) Matth. 19, 10.    e) Gen. 2, 24.

5. *Similiter et vir, si discesserit ab uxore* om. J.  
7. *ut inquit Salomon* om. M. *stultus et impius est M,*  
*stultus est et impius CavJ.*    10. *Si vero]* Sed et  
si M.    13. *Christo M.* *Si iusta (superp. ita)* M.  
*cum uxore om?* J.    18. *in carne una* M.

## CAP. XIX.

*De miseria bonorum et malorum.*

Non est impiis gaudere, dicit dominus, quia per quae peccat hemo, per haec et torquetur.<sup>a</sup> Vermis enim conscientiae nunquam moritur, et ignis rationis nunquam extinguitur.<sup>b</sup> Vidi enim eos, qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metunt eos, flante deo perisse, et spiritu irae eius esse consumptos.<sup>c</sup> Superbia inflat, invidia rodit, avaritia stimulat, ira succedit, angit gula, dissolvit luxuria, ligat mendacium, maculat homicidium. Sic et caetera portenta vitiorum, et quae sunt homini oblectamenta peccandi, deo sunt instrumenta puniendi. Invidus alterius rebus marcescit opinis. Sed invidia Sieuli non invenere tyranni tormentum maius.<sup>d</sup> Vitium enim corruptit naturam, Apostolo testante, qui ait: Quia evanuerunt in cogitationibus suis, obscuratum est insi-

a) Sap. 11, 17. b) Isaiae 66, 24. c) Job. 4, 8—9. d) Horat. Epist. I. 2. 57—59.

1. cum impiis J. 2. et om. CJ. 4. morietur Cav. rationis] terroris A. extinguetur Cav. 5. enim om. Cav. 6. dolores seminant et eos metunt M. 7. spiritus irae M. 11. vitiorum portenta M. 12. et] ut M. 14. marcescit rebus opinis M. Sed om. CJ. 15. maius tormentum M. 18. cor insipiens illorum M.

piens cor eorum. Propter quod deus tradidit illos in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua, et sicut reprobaverunt deum habere in notitia, ita tradidit eos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conveniunt.<sup>a</sup> Sed et qui pie vivere volunt in Christo, persequitionem patiuntur.<sup>b</sup> Sancti namque ludibria et verbera experti, insuper et viacula et carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occidente gladii mortui sunt pro domino. Circuerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes et in montibus, in speluncis et in cavernis terrae,<sup>c</sup> periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis

a) Rom. 1, 21. 24. 28.      b) II. Tim. 3, 12.  
c) Hebr. 11, 36—39.

---

1. tradidit illos deus in desiderium M. 4. in notitiam J. et sicut non placuerunt deum habere innocentiam, tradidit illos deus in reprobum sensum, M. 6. conveniunt M. 7. volunt vivere M. 8. namque] vero M. 11. pro domino pon. ad marg. M. 14. oral] est M. mundus] invidus J. In solitudine errantes, in montibus et speluncis et in M. 18. in gentibus M. periculis in civitate om. C.

ex falsis fratribus.<sup>a</sup> In labore et aerumna, in vigiliis multis, in fame et siti, in angustiis multis, in frigore et nuditate.<sup>b</sup> Iustus enim abnegat semetipsum, crucifigens membra sua cum vitiis et concupiscentiis, ut sibi mundus crucifixus sit, et ipse mundo.<sup>c</sup> Non habet hic manentem civitatem, sed futuram inquirit.<sup>d</sup> Sustinet seculum tanquam exilium, clausus in corpore tanquam in carcere. Incola, inquit; ego sum in terra et peregrinus sicut omnes patres mei.<sup>e</sup> Remitte mihi ut refrigerer, priusquam abeam, et amplius non ero.<sup>f</sup> Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.<sup>g</sup> Quis infirmat, et ego non infirmor? quis scandalizat, et ego non uror?<sup>h</sup> nam peccata proximorum frixoria sunt iustorum. Hoc est irriguum, quod Caleph Axae filiae suae dedit in dotem.<sup>h</sup>

a) II. Cor. 11, 26—27. b) Luc. 9, 23. 14, 27. Gal. 5, 24. 6, 14. c) Hebr. 13, 14. d) Psalm. 118, 19. I. Paralip. 29, 15. e) Psalm. 38, 13—14. f) Psalm. 119, 5—6. g) II. Cor. 11, 29. h) Josue 15, 19.

---

1. ex] in M. 2. angustiis] ieiuniis M. 3. nuditate in angustiis multis M. 10. inquit om. M. Propheta add. J. 12. non ero amplius J. 13. Heu me M. 17. nam proximorum peccata sunt frixoriū iustorum M. 18. frixoria] refrigeria CJ. Hoc est eius regnum, quod M.

## CAP. XX.

*De hostibus hominis.*

Militia ergo est vita hominis super terram.<sup>a</sup> An non vera militia est, cum multiplices hostes semper undique insidentur ut capiant, persequantur ut perimant, daemon et homo, mundus et caro? Daemon cum vi- 5 tiis et concupiscentiis, homo cum bestiis, mundus cum elementis, caro cum sensibus. Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem.<sup>b</sup> Verum non est nobis collectatio adversus carnem et san- 10 guinem, sed adversus spiritualia nequitiae in coelestibus, adversus rectores tenebrarum harum.<sup>c</sup> Adversarius enim vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens, quem devoret.<sup>d</sup> Accenduntur ignea tela nequissimi. 15 Mors ingreditur per fenestras,<sup>e</sup> oculus animam depraedatur,<sup>f</sup> pugnat orbis terrarum contra

a) Job. 7, 1. b) Gal. 5, 17. c) Ephes. 6, 12.  
d) 1. Petr. 5, 8. e) Jerem. 9, 21. f) Thren. 3, 51.

---

[Inscript.] *De hostibus hominum C.* 2. *An nonne J.* 3. *An non vere militia?* cum M. cum] et J. 6. *et concupiscentiis* om. M. 9. *spiritus autem]* et *spiritus* M. 10. *collectatio tantum* M. 11. *spirituales nequitias* M. 13. *harum* om. M. *vester]* nosler M.

insensatos. <sup>a</sup> Gens contra gentem, et regnum adversus regnum, et terraemotus magni erunt per loca, pestilentiae et fames, terroresque de coelo <sup>b</sup> et tempestates. Terra producit spinas et tribulos, aqua procellas et fluctus, aer tempestates et tonitrua, ignis coruscationes et fulgura. Maledicta, inquit, terra in opere tuo, spinas et tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, do-  
10 nec revertaris in terram, quia terra es et in terram ibis.<sup>c</sup> Insidiatus est eum aper de sylva, et singularis ferus depastus est eum,<sup>d</sup> lupus et ursus, pardus et leo,<sup>e</sup> tigris et onager, crocodilus et gryphus, serpens et co-  
15 luber, basiliscus et aspis, cerastes et draco, scorpiones et viperae, sed et lentes et pediculi, formicae et pulices, cyniphes et muscae, crabrones et vespae, pisces et volucres.

a) Sap. 5, 21. b) Luc. 21, 10—11. c) Gen. 3, 17—20. d) Psalm. 79, 14. e) Cf. Jerem. 5, 6.

1. id est gens J. gentem superp. M. 2. et om. CJ. erunt om. CavJ. 3. et pestilentiae CavJ. 4. et om. Cav. tempestas M. 11. ibis] revertaris M. Insidiatur MC, Exterminavit J. eum om. MC. 12. singularis tutus ferus M. depascitur (eum om.) C. 14. gryphes J. 15. ceraustes M. 16. sed et lentes et pulices, pinnices et pediculi, cinifex et muscae, strabones et vespae M. 18. crabrones] scrabrones J.

Nam qui creati fuimus, ut dominaremur pisibus maris et volatilibus coeli, et universis animantibus quæ moventur in terra,<sup>a</sup> nunc illis damur in praedam et in escam eis tribuimur. Scriptum est enim: Dentes bestiarum mittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.<sup>b</sup>

## CAP. XXI.

*De carcere animae, quod est corpus.*

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?<sup>c</sup> certe non vult educi de carcere, qui non vult exire de corpore.<sup>10</sup> Nam carcer animae corpus est. De quo Psalmista: Educ de carcere animam meam.<sup>d</sup> Nusquam quies et tranquillitas, nusquam pax nec securitas, ubique timor et tremor, ubique labor et dolor. Caro dum vivit, dolebit,<sup>15</sup> et anima super semetipsam lugebit.

a) Gen. 1, 28.    b) Deut. 32, 24.    c) Rom. 7, 24.    d) Psalm. 141, 8.

---

3. moventur super terram M. nunc damur illis in praedam, damur in escam M. 7. atque serpentium om. M. • [Inscript.] quod est corpus om. MC. 8. de carcere mortis huius J. quis liberalit me de corpore huius miseriae? M. 9. non om. Cav. 10. non om. Cav. 12. Psalmista dicit M. animam meam ad cv. n. t. d. M. 13. Nusquam est MJ. nusquam est M. 15. vivit (gaudet superp.) M. 16. et om. Cav.

## CAP. XXII.

*De brevi laetitia hominis.*

Quis unquam vel unicum diem totum duxit in sua delectatione iucundum, quem in aliqua parte diei reatus conscientiae, vel impetus irae, vel motus concupiscentiae non turbaverit? Quem livor invidiae vel ardor avaritiae, vel tumor superbiae non vexaverit, quem aliqua iactura, vel offensa, vel passio, non commoverit, quem denique visus, vel auditus, vel actus aliquis non offenderit?  
 10 Rara avis in terris nigroque simillima cygno.<sup>a</sup> Audi super hoc sententiam Sapientis: A mane usque ad vesperam immutabitur tempus.<sup>b</sup> Co-  
 gitationes vanae sibi succedunt, et mens ra-  
 pitur in diversa. Tenent tympanum et citha-  
 15 ram, et gaudent ad sonitum organi, ducunt  
 in bonis dies suos, et in puncto ad inferna  
 descendunt.

a) Juvenal. VI. 165.      b) Eccli. 18, 26.

---

[Inscript.] *hominis* om. MCJ.    1. *vel unicum*  
 om. CJ. *unicam diem totam* M.    2. *iucundam* M.  
 4. *motus* om. M.    5. *invidiae aut* M.    \*8. *visus*  
*et auditus* M.    12. *mutabitur* J.    13. *vanae* (forte  
*variae* ad marg. add.) Cla.    16. *infernum* J.

## CAP. XXIII.

*De inopinato dolore.*

Semper enim mundanae laetitiae tristitia repentina succedit. Et quod incipit a gaudio, desinit in moerore. Mundana quippe felicitas multis amaritudinibus est respersa. Noverat hoc qui dixerat: Risus dolore miscebatur, et extrema gaudii luctus occupat.<sup>a</sup> Experti sunt hoc liberi Job, qui cum comedarent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, repente vehemens ventus irruit a regione deserti, et concussit quatuor angulos domus, quae corruens universos oppressit.<sup>b</sup> Merito ergo pater aiebat: Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium.<sup>c</sup> Melius est enim ire ad domum luctus, quam ad domum convivii.<sup>d</sup> Attende salubre consilium: In die bonorum

<sup>a)</sup> Prov. 14, 13.    <sup>b)</sup> Job 1, 18—19.    <sup>c)</sup> Job 30. 31.    <sup>d)</sup> Eccle. 7, 3.

1. in mundana laetitia J. humanae laetitiae A.  
 2. incepit M.    3. Mundi quippe M.    4. multis] innumeris J. est om. Cav.    6. occupat luctus J.  
 7. hoc] et J.    9. ventus vehemens M.    11. op-  
 pressit universos M.    12. ergo om. M.    14. in  
 om. M. enim] igitur M, om. CJ.    16. Attende  
 om. M.

non immemor sis malorum.<sup>a</sup> Memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis.<sup>b</sup>

## CAP. XXIV.

*De vicinitate mortis.*

Semper ultimus dies primus, et nunquam primus dies ultimus reputatur. Cum tamen ita semper vivere deceat, tanquam mori semper oporteat. Scriptum est enim: Memor esto, quia mors non tardat.<sup>c</sup> Tempus praeterit, at mors appropinquat. Mille anni ante oculos morientis, tanquam dies hesterna, quae praeteriit.<sup>d</sup> Semper enim futura nascuntur, semper praesentia moriuntur, et quicquid est praeteritum, est mortuum totum. Morimur enim dum vivimus semper, et tunc tantum desinimus mori, cum desinimus vivere. Miles est ergo mori vitae, quam vivere morti, quia nihil est vita mortalis, nisi mors vivens. Unde Salomon: Laudavi magis mortuos quam

a) Eccli. 11, 27. b) Eccli. 7, 40. c) Eccli. 14, 12. d) Cf. Psalm. 89, 4.

---

1. in novissima Clu. 4. reputabitur J. 6. enim om. M. 7. tardet Cl. non tardat mors M. 9. morientium, sicut M. 12. totum est mortuum M, est tetum mortuum J. 12. Morimur ergo CJ, Morimur enim (ergo J.) semper dum vivimus MJ. 17. Unde om. M.

viventes, et utroque feliciorem iudicavi quia necdum natus est.<sup>a</sup> Vita velociter fugit et retineri non potest; mors autem instanter occurrit et impediri non valet. Hoc est illud mirabile, quod quanto plus crescit, tanto magis decrescit, quia quanto plus vita procedit, tanto magis ad finem accedit.

## CAP. XXV.

*De terrore somniorum.*

Tempus quod quieti concessum est, non conceditur esse quietum: nam terrent somnia, visiones conturbant. Et licet non sint in se veritate tristitia, vel terribilia, seu laboriosa, quae somniant somniantes, tamen in veritate tristantur, terrentur et fatiganter in tantum, ut aliquando dormientes lachrymentur, et evigilantes saepissime conturbentur, si vero iucundum quid viderint, nihilominus evigilantes tristarentur, tanquam illud amiserint. Adverte quod super hoc dicat Eliphas Thebanites: In horrore visionis nocturnae, cum

a) Eccle. 4, 2—3.

---

3. instanter] militanter J. 4. est ergo C. 5. quod] quia Cla. 7. ad mortem M. 14. ut et dormientes aliquando lachrymentur, et vigilantes M. 15. Si vero iucundum... amiserint om. CJ.

solet sopor occupare homines, pavor tenuit  
 me et tremor, et omnia ossa mea perterrita  
 sunt, et cum spiritus me praesente transiret,  
 inhorruerunt pili carnis meae.<sup>a</sup> Considera Job  
 5 dicentem: Si dixero, consolabitur me lectus  
 meus, et revelabor loquens tecum in stratu  
 meo; terrebis me per somnia, et per visio  
 nes horrore concuties.<sup>b</sup> Nabuchodonosor so  
 mnium vidit, quod eum valde perterrituit, et  
 10 visiones capitis eius conturbaverunt eum.<sup>c</sup>  
 Multas curas sequuntur somnia, et ubi multa  
 somnia, vanitates plurimae.<sup>d</sup> Multos errare  
 fecerunt somnia, et exciderunt sperantes in  
 illis.<sup>e</sup> Apparent enim frequenter turpes in  
 15 somniis imagines, ex quibus per illusiones  
 nocturnas non solum caro polluitur, sed anima  
 quoque maculatur. Unde dominus in Le  
 vitico: Si sit, inquit, inter vos homo qui pol  
 lutus sit in nocturno somno, extra castra  
 20 egrediatur, et non revertatur priusquam ad

a) Job 4, 13—16. b) Job 7, 13—14. c) Da  
 niel. 2, 1. d) Eccle. 5, 2. 6. e) Eccli. 34, 7.

1. pavor premis J. 4. horrucrunt M. 6. in  
 strato meo J. 8. horrore me M. 10. eius om.  
 CJ. eum conturbaverunt M. 11. Multae curas CJ.  
 12. plurimae vanitates M. 14. Apparuerunt M.  
 in somniis turpes M. 17. quoque om. MJ. 18. in  
 quir om. M. qui nocturno polutus sit somnio, egre  
 diatur extra castra M.

vesperum laltetur aqua, et post solis occasum  
regredialatur in castra.<sup>a</sup>

## CAP. XXVI.

*De compassione amicorum.*

O quanto dolore turbamur, quanto tremore concutimur, cum amicorum damna sentimus et parentum pericula formidamus! Plus 5 interdum sanus in formidine, quam infirmus aegritudine perturbatur. Plus hic voluntarius affectu doloris, quam intuitus effectu languoris affligitur. Verum est illud poeticum: Res est solliciti plena timoris amor.<sup>b</sup> Cuius pe- 10 ctus tam ferreum, cuius cor tam lapideum, ut gemitus non exprimat, lachrymas non effundat, cum proximi vel amici morbum vel interitum intuetur, ut patienti non compatiat- 15 tur, et dolenti non condoleat? Ipse Iesus quum vidisset Mariam et Iudeos, qui cum ea venerant ad monumentum, plorantes, in- fremuit spiritu, turbavit semelipsum, et la-

a) Deut. 23, 10—11. b) Ovid. Heroid. I. 12.

---

1. *vesperam* M. [Inscript.] *amicorum* om. CJ.  
 5. *et*] , *cum* M. 6. *in* om. MCIVJ. 9. *Vere* est  
 C. *Vere* est enim J. 13. *mortem* vel *morbum* vel  
*interitum* M. 14. *interitum*] *mortem* A. 15. *do-  
 dentibus* M. 16. *quique* Cl. 18. *et turbavit* CJ.

chrymatus est,<sup>a</sup> forsitan non quia mortuus est, sed eo potius, quia mortuum ad vitae miserias revocavit. Sciat autem se culpabiliter durum et dure culpabilem, qui corporalem amici sui mortem deplorat et spiritualem animae suae mortem non defleat.

## CAP. XXVII.

*De subitis infortunis.*

Subito, cum non suspicatur, infortunium accidit, calamitas irruit, morbus invadit, mors intercipit, quam nullus evadit. Ergo ne glo-  
 rieris in crastinum, ignorans quid superven-  
 tura pariat dies.<sup>b</sup> Nescit homo finem suum,  
 sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves  
 comprehenduntur laqueo, sic capiuntur ho-  
 mines in tempore malo, cum eis extemplo  
 supervenerint.<sup>c</sup>

a) Joan. 11, 33. 35.    b) Prov. 27, 1.    c) Ec-  
 cle. 9, 12.

1. *lachrymatus*] tribulatus M. forsitan non quia  
*mortuus est* om. MCJ.    3. *revocabat* M.    5. *sui*  
 om. M.    6. *non deflet* CJ.    9. *quam*] quia A.  
 10. *Ignoras enim, quid superventurum sit, quid pa-*  
*riat dies* M.    12. *ab hamo* J.    15. *supervenerit* MJ.  
*superceniret* Cl.

## CAP. XXVIII.

*De innumerabilibus speciebus aegritudinum.*

Nondum a saeculis tot aegritudinum genera, tot passionum species physicalis industria potuit indagare, quot humana fragilitas potuit tolerare. Tolerabilem dixerim intollerantiam morborum, aut intolerabilem dixerimus tolerantiam? melius est ut ultrumque coniunxerim. Nam intolerabile est propter passionis acerbitatem, et tolerabile propter patienti necessitatem, de die in diem magis ac magis humana natura corrumpitur. Ita quod plurima fuerunt olim experimenta salubria, quae propter defectum ipsius hodie sunt mortifera, senuit iam mundus uterque, scilicet macrocosmus et microcosmus, id est, maior mundus et minor mundus. Et quanto prolixius utriusque senectus producitur, tanto deterius utriusque natura perturbatur.

[Inscript.] aegritudinum] aegritudinis CJ. Quod innumerabiles sunt species aegritudinum M. 1. a saeculo M. 2. species passionum M. 4. morborum intollerantiam M. 5. aut intolerabilem... coniunxerimus] an intollerabilem melius ultrumque dixerim M. 7. Nam et M. 8. et tolerabile est J. 10. Ita quod Itaque J. Ita quod plurima om. in textu; Ita quod multa add. ad marg. M. 11. fuerant M. 13. scilicet om. M. 14. megacosmus M. id est maior mundus et minor mundus om. M. 17. turbatur M, corrumpitur et turbatur J.

## CAP. XXIX.

*De diversis generibus tormentorum.*

Quid dicam de miseris, qui per innumerabilia tormentorum genera puniuntur? caeduntur fustibus et gladiis iugulantur, cremantur flammis et lapidibus obruantur, discerpuntur ungulis et patibulis suspenduntur, torquentur tigribus et scorpionibus flagellantur, artantur vinculis et laqueis strangulantur, detruduntur carceribus et ieuniis macerantur, praecipitantur et submerguntur, exco  
riantur et distrahuntur, secantur et suffodiuntur. Qui ad mortem, ad mortem, qui ad gladium, ad gladium, qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem.<sup>a</sup> Crudele iudicium, immane supplicium,  
triste spectaculum, dantur in escam volatilibus coeli, bestiis terrae,<sup>b</sup> et piscibus maris. Heu heu heu miserae matres, quae tam infelices genuistis filios.

a) Jerom. 15, 2. b) Jerem. 15, 3. Psalm. 78, 2.

---

1. per innumera MJ. 5. *ungulis*, et *scorpionibus flagellantur* et M. 6. *tigribus*] *unguibus* MA. et *scorpionibus flagellantur* om. hoc loco M. 7. et a *laqueis* J. *strangulantur*] *sugillantur* CJ. 10. *secantur*] *sectantur* J. *suffodiuntur*, et qui M. 11. et qui ad *gladium*, ad *gladium*, et qui... M. 16. et om. M. 18. *filios genuistis* M.

## CAP. XXX.

*De quodam horrendo facinore, scilicet quod quoadam mulier comedit infantem suum.*

Illud igitur horribile facinus libet reminisci, quod Iosephus de Iudaica obsidione describit<sup>a</sup>: Mulier quaedam facultatibus et genere nobilis cum caetera multitudine, quae confluxerat Hierosolymam, communem cum omnibus obsidionis casum ferebat. Huius reliquas facultates, quas de domo in urbem convexerat, tyranni penitus invaserunt. Si quid vero relictum ex magnis opibus fuerat, quo victimum quotidianum pertenuem duceret, irruentes per momenta satellites praedonum rapiebant, pro quo ingens labor mulierem ex indignatione quadam velut insania fatigabat, ita ut interdum praedones in necem sui maledictis et convitiis instigaret. Verum quum nec irrita-

a) Flav. Jos. de bello iud. VI. 3. 4. edit. Haverc.

---

[Inscript.] scilicet de muliere comedente filium suum M, scilicet... suum om. J. 1. igitur] hic M. reminisci] inserere M. 3. facultatibus (dives superp.) M. 5. Hierosolimis MJ. 6. obsidionibus M. 8. Si quae vero reliquarum ex magnis opibus fuerant, quibus M. 9. victimum superp. M. 11. praedonum satellites M. pro quibus M. 12. ingens labor] dolor ingens M. 14. praedones necem sui (ex superp.) maledictis et coniuriis instigaret M. maledictis] maledictionibus J.

tus quisquam nec miseratus illam perimeret,  
 et si quid forte fuisset cibi quaesitum ab illa,  
 id ab aliis quaereretur, nec iam fieret usquam  
 copia requirendi, famos autem dira dum vi-  
 scribus insisteret ac medullis, et ad furo-  
 rem iam famis inedia perurgeretur, pessimis  
 usa est consiliis, et contra ipsa naturae iura  
 iam armatur. Erat enim ei sub uberibus par-  
 vulus filius, quem ante oculos ferens, infeli-  
 cis, inquit, matris es. O infelior fili, in  
 bello, fame ac dereptione praedonum cui te  
 reservabo? Nam etsi posset vita sperari,  
 iugo tamen Romanae servitutis urgeberis. Veni  
 ergo nunc, o mi nate, esto matri cibus, praec-  
 donibus furor, saeculis fabula, quae sola de-  
 erat cladibus Iudeorum. Et cum hoc dixis-  
 set, protinus filium iugulavit, eum deinde igni

2. et si quid forte tum fuisset ab illa quaesitum,  
 id alii quaereretur M. 3. usquam fieret M. 4. Fa-  
 mis J. dira om. CJ. dum om., iam superp. M. 6. per-  
 urgeset J. pungoretur C. pessimis usa consiliis contra  
 iam ipsa armatur iura naturae M. 8. enim] au-  
 tem J. Erat enim sub uberibus eius M. 10. es  
 om. M. nam in bello CJ. 12. vita superp. M.  
 13. servitutis (istumne add. ad marg.) M. urgebam M.  
 urgeor A. 14. nunc om. CJ. furor praedonibus J.  
 16. Et haec cum dixisset M. 17. cum deinde... et  
 medium] tunc denique igni apposito torret, medium  
 Cav, Tunc denique igni appositum torret, medium CJ.  
 igne supposito M.

opposito torret, et medium quidem consumit,  
medium servat obtectum. Et ecce statim praedones  
irruerunt ambustae carnis odore suscep-  
to, mortem minantur, nisi cibos sine mora,  
quos paratos senserant, demonstraret. Tunc illa  
inquit: Partem vobis optimam reservavi,  
et continuo quae superfuerant membra rete-  
xit infantis. At illos repente ingens horror  
invasit, membraque eorum diriguere, et quasi  
animi duritie vox eorum est saucibus inter- 10  
clusa. Illa vero truci vultu et ipsis praedo-  
nibus truculentior, meus, inquit, est partus,  
meus est filius, meum est facinus, edite, nam  
ego prior edi quem genui. Nolite vos effici  
aut matre religiosiores, aut foemina mollio- 15  
res; quod si vos pietas vincit, meos execra-  
mini cibos, quae iam talibus pasta sum, ego  
iterum his pascar. Post haec illi territi con-

2. statim] confessim M. 3. irruerunt J. adustas  
carnis M. concepto J. 4. sine mora cibos M.  
5. Tunc illa: Partem, inquit, M. 8. ingens hor-  
ror et immanis invasit J. ingens horror invasit et  
immanis M. 9. membraque] membra C. membra-  
que eorum diriguere om. MJ. et om. M. 10. vox]  
mox M. eorum om. M. 11. ipsis iam MJ. 12. tru-  
culentis M. 12. meus, inquit, (hic superp.) filius,  
meus est, hic partus et M. 13. filius et J. 14. com-  
edi MJ. 16. vincit et MCJ. 17. ego, quae  
talibus iam pasta sum, ego his iterum pascar M.  
18. Post haec illi facti contrementes discedunt J.

tremen̄tesque discedunt, qui hunc solum ex omnibus facultatibus cibum miserae matri reliquerunt.

## CAP. XXX.

*Quod quandoque punitur innocens, et nocens absolvitur.*

Nemo se confidat expertem a poena, qui  
<sup>5</sup> se novit immunem a culpa. Qui stat, vi-  
 deat ne cadat.<sup>a</sup> Nam saepe innocens da-  
 mnatur, et nocens absolvitur: pius punitur,  
 et honoratur impius. Iesus crucifigitur, et  
 Barrabas liberatur. Hodie vir iustus et quie-  
<sup>10</sup> tus inutilis, vir religiosus hypocrita, vir sim-  
 plex fatuus reputatur. Deridetur enim iusti  
 simplicitas. Lampas contempta apud cogita-  
 tiones divitum.<sup>b</sup>

a) I. Cor. 10, 12.      b) Job 12, 4—5.

---

1. tremen̄tesque M. qui] et M. 2. facultatibus  
 om. J, ad marg. pon. M. miserae] miseriae J. miserae  
 matri reliquerunt cibum M. [Inscript.] De poena  
 innocentis. M. 6. damnatur innocens M. 7. et om. J.  
 8. impius honoratur M. 9. iustus et ad marg. pon. M,  
 om. CJ. 12. Lampas] Jam paa J. contempta est J.

**LIBER SECUNDUS,**

determinans de culpabili humanae conver-  
sionis progressu.

**CAP. I.**

*Quaenam soleant homines communiter affectare.*

Tria maxime solent homines affectare: opes, voluptates, honores. De opibus prava, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt. Hinc enim Ioannes apostolus ait: Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt: quia quicquid est in mundo, est concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum, et superbia vitae.<sup>a</sup> Concupiscentia carnis ad voluptates, concupiscentia oculorum ad opes, superbia vitae pertinet ad honores. 10

a) I. Joan. 2, 15—16.

---

[Inscript. libri] determinans om. CJ. progressu] ingressu CJ. [Inscript. cap.] *De his, quae solent homines communiter affectare* M, om. CJ. 2. et honores M. 5. quae sunt in mundo M. 6. in mundo, aut est J. 7. concupiscentia carnis est M. et] aut J. 8. et] aut J.

**Opes generant cupiditates et avaritiam, voluptates pariunt gulam et luxuriam, honores nutriunt superbiam et iactantiam.**

### CAP. II.

#### *De cupiditate.*

Nihil est igitur avaro scelestius, et nihil iniquius, quam amare pecuniam.<sup>a</sup> Verbum est Sapientis, quod confirmat Apostolus dicens: Qui volunt divites fieri, incident in tentationem, et in laqueum diaboli, et in desideria multa et inutilia et nociva, quae mergunt hominem in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.<sup>b</sup> Haec sacrilegia committit et furta, rapinas exercet et praedas, bella gerit et homicidia, simoniace vendit et emit, inique petit et recipit, iniuste negotiatur et foene-

a) Eccli. 10, 9—10. b) I. Tim. 6, 9—10.

---

1. cupiditatem, concupiscentiam et avaritiam CJ.  
 3. et iactantiam om. C. 4. igitur est M. 5. quam superp. M. 8. et in laqueum... desideria] et laqueum diaboli et desideria M. 10. immergunt homines J, immergunt homines in infernum, vel in interitum et perditionem C. hominem pon. ad marg. M. 12. Haec sacrilegia committit, furta et rapinas exercet et praedas J, Haec sacrilegia committit (committit Cv.), furta, rapinas exercet et praedas Cav. 15. foeneratur] foecundatur Cav.

ratur, instat dolis et imminet fraudibus, dis-  
solvit pactum et violat iuramentum, corrum-  
pit testimonium et pervertit iudicium.

## CAP. III.

*De iniquis muneribus.*

Consule prophetam evangelicum Esaiam.  
 Omnes (inquit) diligunt munera, sequuntur retributio-  
 nes, pupillo non iudicant, causa vi-  
 duae non ingreditur ad eos.<sup>a</sup> Non ipsi praec-  
 edunt retributio-nes, quia non iudicant amore  
 iustitiae, sed retributio-nes praecedunt ipsis,  
 quia iudicant amore pecuniae. Semper enim 10  
 sequuntur largitionem, vel promissionem, vel  
 spem, et ideo pupillo non iudicant, a quo  
 nihil largitur aut promittitur aut speratur. O  
 principes infideles, socii furum,<sup>b</sup> quicumque  
 diligitis munera, sequimini retributio-nes, nun- 15  
 quam exentietis manum a munere, nisi prius  
 excludatis cupiditatem a pectore. De vobis  
 inquit propheta: Principes eius quasi lupi  
 rapientes praedam, et avare sectando lucra.<sup>c</sup>

a) Isaiae 1, 23. b) I. c. c) Ezech. 22, 27.

1. *imminet*] *immanet* M. 6. *causae viduae*  
 non *ingrediuntur* M. 13. *vel* *promittitur* *vel* J.  
 18. *lupi rapaces rapientes* M. 19. *sectando*] *se-  
 clantes* MJ.

Principes eius in muneribus iudicabant, et sacerdotes eius in mercede docebant, et prophetae eius in pecunia divinabant.<sup>a</sup> Ecce contrarium dominus per Moysen praecepit in lege: Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis, ut iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies personam nec munera, quia munera excaecant oculos sapientum, et mutant verba iustorum. Sed iuste quod iustum est prosequeris, et vives.<sup>b</sup> Duo dicit, iustum et iuste. Quidam enim iuste quod iustum est, alii quod iniustum est iniuste: rursum quidam iniuste quod iustum est, alii iuste quod iniustum est persequuntur.

## CAP. IV.

*De acceptione personarum.*

Vae vobis qui corrupti prece vel precio,  
qui tracti amore vel odio dicitis bonum ma-

a) Mich. 3, 11. b) Deut. 16, 18—20.

---

4. contrarium om. CJ. 6. ut] at J2. *populum*] *populo* M. 7. Non accipies] nec accipient M. 11. ut vivas MJ. 12. alii enim quod est iniustum iniuste M. 14. est om. M. 16. corrupti estis J, estis ad marg. pon. M. 17. tracti] fracti Cav. amore, dolore vel odio M. *bonum malum*] bonum, quod malum est M.

lum et malum bonum, ponentes lucem tenebras et tenebras lucem,<sup>a</sup> mortificantes animas quae non moriuntur, et vivificantes animas quae non vivunt.<sup>b</sup> Vos enim non attenditis merita causarum, sed merita personarum, non iura, sed munera, non iustitiam, sed pecuniam, non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectat, non quid lex sanciat, sed quid mens cupiat. Non inclinatis animum ad iustitiam, sed iustitiam inclinatis ad animum, non ut quod licet hoc libeat, sed ut liceat hoc quod libet. Nunquam in vobis ita simplex est oculus, ut totum corpus sit lucidum,<sup>c</sup> sed aliquid semper admiscetis fermenti, quo totam massam corrumptitis.<sup>d</sup> Pauerum causam cum mora negligetis, divitum causam cum instantia promovetis. In illis rigorem ostenditis, cum istis ex mansuetudine dispensatis. Illos cum difficultate re-

- a) Isaiae 5, 20.    b) Ezech. 13, 19.    c) Matth. 6, 22.    d) I. Cor. 5, 6.

1. *tenebras lucem et lucem tenebras* M.    2. *animas* ad marg. pon. M.    4. *enim] autem* MJ.    6. *iura]*  
*vitam* C.    7. *dictet]* diceret J<sub>2</sub>.    8. *affectet* CJ.  
*lex sanxit* M.    9. *mens cupit* M.    11. *quod liceat* M.    14. *semper aliquid* J.    16. *cum mora om.* C.    17. *cum magna instantia* J.

spicitis, istos cum favore tractatis. Illos negligenter auditis, istos subtiliter auscultatis. Clamat pauper et nullus exaudit, loquitur dives et omnes applaudunt. Dives locutus est et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes perducunt; pauper locutus est, et dicunt, quis est hic? et si offenderit, subvertent illum.<sup>a)</sup> Clamat vim patiens et nullus exaudit, vociferatur et non est qui indicet. Sed si forte pauperum causam suscipitis, illos remisse fovelis, cum autem divitum causam assumitis, illos pertinaciter adiuvatis. Pauperes despiciatis, divites honoratis; istis reverenter assurgitis, illos despicabiliter conculatis. Si introierit in conventum vestrum vir anulum habens aureum in veste candida, introierit et pauper sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste praeclara, et dixeritis ei, tu sede hic bene, pauperi vero dicatis, tu sta illic aut sede sub scabello

a) Eccli. 13, 28—29.

- 
- |   |  |
|---|--|
| 1. cum om. C.                                 | 4. omnis applaudit M.  |
| 6. perducunt M.                               | 7. offenderit] ostenderit Cv, se ostenderit M. subverterent Ca.            |
| 10. Sed om. M. causas M.                      | 11. causas M. 15. in conventu vestro MJ, al's conspectu ad marg. add. Cla. |
| 17. introierit om. C. in sordido M. et om. M. | 18. veste praeclara indutus est M. 19. dixeritis] dicitis M.               |
| 20. dicatis] dicitis M.                       |  |

pedum meorum, nonne iudicatis apud vosmetipos et facti estis indices cogitationum iniquarum?<sup>a</sup> De vobis enim et contra vos dicit propheta: Magnificati sunt et dilatati, increassati et impinguati, causam pupilli non dixerunt, et iudicium pauperum non iudicaverunt,<sup>b</sup> uti in lege praecepit: Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis ut magnum. Nec accipietis cuiuscumque personam, quia Dei iudicium est.<sup>c</sup> Non enim est eo personarum acceptio apud Deum.<sup>d</sup>

## CAP. V.

*De venditione iustitiae.*

Vos autem nec gratiam gratis datis, nec iustitiam iuste redditis, quia nisi venierit, non provenit, nec datur nisi vendatur. Saepe

- a) Jacobi 2, 2 — 5.      b) Jerem. 5, 27 — 28.  
 c) Deut. 1, 17.      d) II. Peralip. 19, 7. Cf. Deut. 10, 17. Sap. 6, 8. Eccli. 35, 15. Actor. 10, 34. Rom. 2, 11. Gal. 2, 6. Ephes. 6, 9. Coloss. 3, 25. I. Pet. 1, 17.

2. *cogitationum iniquarum iudices* M.    4. *dilatati*] *dilatati* J. *sunt et add.* CJ.    5. *increassati sunt et impinguati sunt* M.    7. *uti*] *Sed* MCJ. *distantia (distinctio ad marg. add.)* M.    9. *Nec*] *Non* CJ.    10. *Non est enim MJ.*    12. *nec*] *non* CJ. *gratiam datis, ad marg. add. gratis,* M.    13. *venierit*] *venit* CJ.

iustitiam tantum differtis, quod litigantibus plusquam totum aufertis, quia maior est sumptus expensae quam fructus sententiae. Quid autem poteritis illi in districto iudicio respondere, qui praecipit: Gratis accepistis, gratis date?<sup>a</sup> Lucrum in arca, damnum in conscientia, pecuniam captatis, sed animam captivatis. Verum quid proficit homini, si mundum lucretur universum, animae vero suae detrito mentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?<sup>b</sup> Frater non redimit, redimet homo, non dabit deo placationem suam, nec pretium redemptionis animae suae, laboravit in aeternum, et vivet adhuc in finem.<sup>c</sup> Audite divites, quid contra vos Iacobus apostolus ait: Agite nunc divites, plorate et ululate in miseriis vestris, quae advenient vobis, divitiae vestrae putrefactae sunt, et vestimenta vestra a tineis commesta sunt, aurum et argentum vestrum ae-

<sup>a)</sup> Matth. 10, 8.    <sup>b)</sup> Matth. 16, 26.    <sup>c)</sup> Psalm. 48, 8—11.

---

4. illi poteritis M. 5. praecipit] dicit M. 8. mundum universum lucretur M. 11. non redimet CJ. 13. nec] et M. 14. laborabit J, et laborabit M. 15. adhuc om. Cav. 17. et ululate] ululanties M. 19. et om. CavJ. et vestimenta vestra a tineis commesta sunt ad marg. pon. M.

ruginavit, et aerugo eorum erit vobis in testimonium, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizasti vobis iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamat, et clamor ipsorum in aures domini sabaoth introivit.<sup>a</sup> Propterea veritas praecepit: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur, ubi fures effodiunt et furantur.<sup>b</sup> 10

## CAP. VI.

*De insatiabili desiderio cupidorum.*

O ignis inextinguibilis, o cupiditas insatiabilis. Quis unquam cupidus primo fuit voto contentus? Cum adipiscitur quod optaverat, desiderat ampliora, semper in habendis et nunquam in habitis finem constituit. Insatiabilis est oculus cupidi, et in partem iniquitatis non

a) Jacobi 5, 1—5. b) Matth. 6, 19.

---

2. *sicut et ignis* J. 3. *Thesaurizasti* M. 4. *operariorum virorum* J. *virorum ad marg. add. M.* 8. *praecepit* M. 11. O om. M. o om. CJ, superp. M. 14. *desiderat semper ampliora. In habendis, non in habitis* J. *et nunquam] non* C.

satiabitur.<sup>a</sup> Avarus non implebitur pecunia,  
et qui amat divitias, fructum non capiet ex  
eis.<sup>b</sup> Infernus et perditio nunquam replentur,  
similiter et oculi hominum insatiabiles.<sup>c</sup> San-  
<sup>d</sup> guisugae vero duae filiae sunt quae dicunt:  
affer affer.<sup>d</sup> Nam crescit amor nummi, quan-  
tum ipsa pecunia crescit.<sup>e</sup>

## CAP. VII.

*Quare cupidus satiare non potest.*

Vis, o cupide, scire quare semper es va-  
cuus, cur nunquam impleris? Adverte: non  
10 est plena mensura tua, quae quantumcunque  
contineat, adhuc capax est amplioris. Sed  
humanus animus capax est dei, quoniam qui  
adhaeret deo, unus spiritus est<sup>f</sup> cum deo:  
Quantumlibet ergo contineat, nunquam est  
15 plenus, nisi deum habeat, cuius semper est

a) Eccli. 14, 9. b) Eccle. 5, 9. c) Prov.  
27, 20. d) Prov. 30, 15. e) Juvenal. XIv. 139.  
f) I. Cor. 6; 17.

---

1. *pecunia* om. J. 2. *divitias*] *pecunias* MJ.  
*fructum*] *fructus* MCl. 5. *vero* om. CJ, superp. M.  
*quae dicunt*] *dicentes* M. 6. *affer affer*] *affer* Cav.  
10. *tua* om. M. 13. *cum deo*] *cum eo* MClv. 15. *nisi  
deum*] *nisi dum* J, *nisi deum dum* Cls.

capax. Si vis ergo, o cupide, satiari, desinas esse cupidus, quia dum cupidus fueris, satiaris non poteris. Non est enim conventio lucis ad tenebras, neque Christi ad Belial,<sup>a</sup> quia nemo potest deo servire et mammonae.<sup>b</sup> 5

## CAP. VIII.

*De falso nomine divitiarum.*

O falsa divitiarum felicitates, quae divitem veraciter efficit filium infelicem. Quid enim est infelicius quam opes mundi, quae divitiae mancipantur? Opposita quippe sunt esse divitem et egenum. At opes mundi non 10 auferunt, sed afferunt egestatem. Magis enim, inquit Salomon, sufficit modicum pauperi, quam plurimum diviti, quia ubi multae divitiae, ibi multi qui comedunt illas.<sup>c</sup> Quot et quanti magnates indigeant, ipsem et frequen- 15

a) II. Cor. 6, 14—15. b) Matth. 6, 24. c) Eccl. 5, 10.

1. o superp. M. o cupide om. C. 2. non poteris satiari M. 4. neque] nec M. 7. filium om. M. 8. enim om. CJ. est om. M. infelicius] falsius MA. quae superp. M. 9. quippe] enim M, om. CJ. 10. At] ac MJ. 11. auferuntur M. 12. inquit Salomon em. M. 14. ibi om. M. illas] eas M. 15. quantis M.

ter exerior. Opes itaque non faciunt hominem divitem, sed egenum.

## CAP. IX.

*Exempla contra cupiditatem.*

Quam multos seduxit cupiditas! quam plures perdidit avaritia! Balaam asella redi<sup>s</sup> arguit et pedes sedentis attrivit, quia captus cupiditate promissorum disposuerat maledicere Israeli.<sup>a</sup> Achan populus lapidavit, quia tulit aurum et argentum de anathemate.<sup>b</sup> Naboth interremptus est, ut Achas eius vineam possideret.<sup>c</sup> Giezi lepra percussus est, quia petiit et recepit aurum et argentum, et vestes

a) Num. 22, 25. 30. Cf. II. Petr. 2, 15—16.

b) Josue 7, 19—26. c) III. Reg. 21, 1—17.

1. hominem om. M. 2. Unde: *Cui satis est quod habet, satis illum constat habere etc.* addit J; M. vero in fine paginae habet dilutiore atramento:

*Cui satis est quod habet, satis illum constat habere;*  
*Cui nil est quod habet satis, illum constat egere.*  
*Ergo facit verum non copia sufficientem,*  
*Et non paupertas, sed mentis hiatus egentem.*

[Inscript.] De exemplo J. 3. O quam multos MJ. cupiditas ad marg. pon. M. 5. et pedes sedentis attrivit om. Cav. 6. disposuerit Cla. 7. Achor MCIJ. Achan Cav. 8. anathemate Jericho MJ. 9. Achab MCIJ. Achan Cav. eius om. MCIJ. 10. Giezi M. perfudit M. 11. aurum et om. M.

sub nomine Helisei.<sup>a</sup> Iudas laqueo se suspendit, quia vendidit et tradidit Christum.<sup>b</sup> Ananiam et Saphiram subitanea mors extinxit, quia de prelio agri defraudaverunt apostolos.<sup>c</sup> Aedificavit Tyrus munitionem suam,<sup>d</sup> et coacervavit argentum quasi humum, et aurum quasi lutum platearum, sed ecce dominus possidebit eam, et percutiet in mari fortitudinem eius, et haec igni devorabitur.<sup>d</sup>

## CAP. X.

*De superflua solicitudine cupidorum.*

Cur ad congregandum quis instet, quum stare non possit ille qui congregat? Nam quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.<sup>e</sup> Cur multa desideret, cum pauca sufficient?<sup>f</sup> Habentes, inquit, victum et vestitum, his contenti simus.<sup>f</sup> Cur necessaria cum multa solicitudine quaerat, cum ipsa sine magna difficultate se offerant? Audi,

a) IV. Reg. 5, 20 sqq. b) Matth. 27, 5. c) Actor. 5, 1—11. d) Zach. 9, 3—4. e) Job 14, 2. f) I. Tim. 6, 8.

1. *Helisei Cv.* se om. C. 3. *extinguit J.*  
4. *apostolum MJ.* 16. *contenti sitis MJ.* 17. *cum ipsa se sine magna difficultate offerant M.*

quid super hoc veritas dicit: Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim pater vester coelestis, quia his omnibus indigetis. Quaerite ergo primum regnum dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis.<sup>a</sup> Nunquam enim vidi iustum derelictum, nec semen eius quaerens panem.<sup>b</sup>

## CAP. XI.

*De avaritia.*

Tantalus sittit in undis, et avarus eget in opibus,<sup>c</sup> cui tantum est quod habet, quantum est quod non habet, quia nunquam utilitur acquisitis, sed semper inhiat acquirendis. Salomon: Est quasi dives, cum nihil habeat, et est quasi pauper, cum in multis diuersiis sit.<sup>d</sup> Avarus et infernus uterque comedit et non digerit, recipit et non reddit. Avarus nec patientibus compatitur, nec misericordia subvenit vel miseretur, sed offendit

a) Matth. 6, 31—34. Luc. 12, 29—32. b) Psalm. 36, 25. c) Horat. Sermon. I. 1. 68. Epist. I. 2. 56. d) Prov. 13, 7.

1. *veritas* dicat M. 4. *coelestis* ad marg. pon. M. 5. *et iustitiam eius* om. Cav. 16. *digerit, utique* M. 18. *subvenit vel* om. M.

deum, offendit seipsum, offendit proximum. Nam deo retinet debita, proximo denegat necessaria, sibi subtrahit opportuna. Deo ingratus, proximo impius, sibi crudelis. Viro cupido et tenacissimo sine ratione est substantia, et homini livido ad quid aurum? Qui sibi nequam est, quomodo bonus aliis erit? Et non iucundabitur in bonis suis. Qui habet substantiam huius mundi, et videbit fratrem suum necessitatem habere, et clausurit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?<sup>b</sup> Non enim proximum suum diligit sicut seipsum, quem inedia permit et egestas consumit, neque Deum diligit super omnia, qui praeferat aurum et praeponit argentum.

a) Eccli. 14, 3. 5.      b) I. Joan. 3, 17.

---

1. offendit Deum, offendit et proximum, offendit seipsum M. 2. retinet] detinet M. 5. tenacissimo] tenaci MJ. 6. livido] invido M. 7. aliis bonus J., cui alii bonus M. 9. videt Cav, vidit J. 11. claudit CJ. 14. egestate CJ. 15. qui] cui J. argentum praeponit M.

## CAP. XII.

*Cur avaritia sit servitus idolorum.*

Recte diffinit Apostolus: Avaritia est servitus idolorum.<sup>a</sup> Sicut enim idololatra servit simulacro, sic et avarus thesauro. Nam ille cultum idololatriae diligenter amplificat, 5 et iste cumulum pecuniae libenter augmentat. Ille cum omni diligentia colit simulacrum, et iste cum omni cura custodit thesaurum. Ille spem ponit in idololatria, et iste spem constituit in pecunia. Ille timet 10 mutilare simulacrum, et iste timet minuere thesaurum.

## CAP. XIII.

*De quibusdam proprietatibus avaritiae.*

Avarus ad petendum promptus, ad dandum tardus, ad negandum frontosus. Si quid expendit, totem amittit, tristis, querulus et

a) Ephes. 5, 5.

[Inscript. c. XII.] *Cur avaritia dicatur servitus idolorum* M. 2. *idolorum servitus* MJ. 3. *sic avarus servit thesauro* M. [Inscript. c. XIII.] *De proprietatibus avari* CJ. 12. *est promptus* J.

**m**orosus, solicitus suspirat et anxiatur, dubius habet et invitus expendit. Magnificat datum, sed vilificat dandum, dat ut lucretur, sed non lucratur ut det, largus in alieno, sed parcus in proprio. Gulam evacuat, ut 5 arcum impleat, corpus extenuat, ut lucrum extendat. Manum habet ad dandum collectam, sed ad recipiendum porrectam, ad dandum clausam, sed ad recipiendum aper tam. Porro substantiae iniustorum sicut flu vius siccabuntur,<sup>a</sup> quia qui male congregat, cito dispergit. Iustum iudicium, ut quae de malo proveniunt, ad malum perveniant, nec accedat ad bonum, quod non procedit ex bono. Avarus ergo damnationem habet vi 15 tae, quae nunc est, et futurae.

## CAP. XIV.

*De tñiqua possessione divitiarum.*

Verum est ergo quod Sapiens protestatur, multos perdidit aurum et argentum.<sup>b</sup> Qui aurum diligit, non iustificabitur.<sup>c</sup> Vae illis, qui

a) Eccli. 40, 13.    b) Eccli. 8, 3.    c) Eccli. 31, 5.

1. *suspirat*] suppetat M. et *anxiatur* om. M.  
 2. *et om. Cav. expendit*] impendit M.    7. *habet non M.*  
 8. *ad dandum clausam, sed ad recipiendum apertam* om. CJ.    14. *accedit J.*    17. *ergo om. M.*

sectantur illud. Ecce ipsi peccatores et abundantes in hoc seculo obtinuerunt divitias.<sup>a</sup> Hinc veritas ipsa praecipiebat apostolis: Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris,<sup>b</sup> quia sicut camelus non potest introire per foramen acus, ita difficile est divitem intrare in regnum coelorum.<sup>c</sup> Arta est enim via et angusta porta, quae dicit ad vitam.<sup>d</sup> Apostolus ergo secutus regulam veritatis aiebat: Argentum et aurum non est mihi.<sup>e</sup> Vae ergo vobis, qui coniungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis usque ad terminum loci. Repleta est terra argento et auro, et non est finis thesaurorum eius. Propter iniquitatem avaritiae eius iratus sum, et percussi eum.<sup>f</sup>

- a) Psalm. 72, 12.    b) Matth. 10, 9.    c) Matth. 19, 24.    d) Matth. 7, 14.    e) Actor. 3, 6.    f) Isaiae 5, 8. 2, 7. 57, 17.

---

2. *hoc om.* MJ.    3. *ipsa om.* M.    4. *neque argentum] et argentum* J.    5. *sicut ad márg.* pon. M. 6. *introire] transire* MJ.    8. *enim est* C.    9. *quae dicit] per quam iter et intratur* M, *per quam ducitur et intratur* J.    10. *secutus est* ClJ. *regulam viae veritatis* M.    12. *vobis om.* M.    17. *eam* M.

## CAP. XV.

*De licitis opibus.*

Caeterum Abraham dives fuit, et Iob locuples, David opulentus, et tamen de Abraham inquit scriptura, quia credidit Deo et reputatum est illi ad iustitiam.<sup>a</sup> Et de Iob, quia non erat ei similis in terra, vir simplex<sup>b</sup> et rectus ac timens Deum, et recedens a malo.<sup>b</sup> De David autem, quia dominus inventit virum secundum cor suum.<sup>c</sup> At illi fuerunt quasi nihil habentes et omnia possidentes,<sup>d</sup> iuxta illud Prophetae: Divitiae si 10 affluant, nolite cor apponere.<sup>e</sup> Nos autem sumus omnia possidentes quasi nihil habentes, secundum illud Psalmistae: Divites eguerunt et esurierunt.<sup>f</sup> Facilius enim invenies, qui diligit divitias et non habeat, quam qui habeat et non diligit. Quia difficile est esse in igne et non ardere, difficilius est possidere divitias et non diligere. Audi prophete-

a) Gen. 15, 6. b) Job 1, 1. c) Actor. 13, 22. Cf. I. Reg. 13, 14. 16, 13. d) II. Cor. 6, 10. e) Psalm. 61, 11. f) Psalm. 33, 11.

---

1. et om. M. 6. et recedens] recedens C. 8. At illi] ac isti M. 9. et om. M. 16. habeat divitias M. Quia] ad marg. add. sicut M. 17. ardere] ad marg. add. ita M. difficile] difficile M. 18. diligere] amare M.

tam Hieremiam : A minore usque ad maiorem omnes avaritiae student, et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.<sup>a</sup>

## CAP. XVI.

*De incertitudine divitarum.*

Omnis cupidus et avarus contra naturam  
5 nititur et molitur. Natura enim pauperem adducit in mundum, natura pauperem reducit a mundo. Nudum namque eum terra suscepit, nudum etiam suscipiet. Cupidus autem cupid et curat fieri dives in mundo. Destruam 10 (inquit) horrea mea, et maiora faciam, et illuc congregabo omnia, quae nata sunt mihi, et omnia bona mea. Sed dictum est ei: O stulte, hac nocte repetetur anima tua a te, quae autem parasti, cuius erunt?<sup>b</sup> Thesauri-  
15 zas et ignoras, cui congreges.<sup>c</sup> Dormierunt enim somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitarum in manibus suis.<sup>d</sup> Dives

a) Jerem. 6, 13. b) Luc. 12, 18. 20. c) Psalm. 38, 7. d) Psalm. 75, 6.

1. Hieremiam om. M. 3. sacerdotes M. 4. et avarus om. CJ. 5. enim] namque M. 7. namque] enim M. eum om. M. suscepit et M. 11. illic CJ. 12. dictum est ei om. M. 13. repelent (ad marg. add. daemones exactores) animam tuam M. 17. omnes om. J.

cum dormierit, nihil secum affert, aperiet oculos suos, et nihil inveniet.<sup>a</sup> Ne timueris ergo, cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum morietur, non accipiet haec omnia,<sup>b</sup> neque simul cum eo descendat gloria domus eius,<sup>b</sup> sed relinquet alienis divitias suas, et sepulchra eorum domus eorum in aeternum. Hinc etiam Sapiens attestatur: Qui acervat ex animo iniuste, aliis congregat et in bonis<sup>10</sup> suis alias luxuriabitur.<sup>c</sup> Proh dolor, quem habebat hostem dimittit haeredem.

## CAP. XVII.

*De gula.*

Initium vitae hominis aqua et panis, et vestimentum, et domus protegens turpitudinem.<sup>d</sup> Nunc autem gulosis non sufficient fructus arborum, non genera leguminum, non

a) Job 27, 19. b) Psalm. 48, 17—18. c) Eccli. 14, 4. d) Eccli. 29, 28.

---

1. *aufert* C. 3. *ergo* om. M. 4. *eius*; *non enim, cum morietur, accipiet* M. 6. *descendat* J. 7. *relinquent* Cl. 8. *sepulchra illorum* M. *domus illorum* J. 10. *ex animo suo* Cl, *ex non suo* (om. *animō*) CvJ, *ex non suo* (ad marg. *alias animo*) Ca. et *aliis congregabit* CJ. 12. *dimittat* J. 14. *turpitudinem protegens* M. 15. *Nunc om. M. gulosis autem* M.

radices herbarum, non pisces maris, non bestiae terrae, non aves coeli, sed quaeruntur pigmenta, comparantur aromata, nutriuntur altilia, capiuntur ob escam, quae studiose  
 5 coquuntur arte coquorum, quae laute parentur officio ministrorum. Alius confundit et colat, alias confundit et conficit, substantiam convertit in accidens, naturam mulat in artem, ut saturitas transeat in esuriem, ut fa-  
 10 stidium revocet appetitum, ad irritandam gulam, non ad sustentandam naturam, non ad necessitatem supplendam, sed ad aviditatem explendam. Caeterum tam brevis est gulae voluptas, ut spatio loci vix sit quatuor digi-  
 15 torum, spatio temporis vix sit totidem momentorum. Contemnitur mediocritas, et superfluitas affectatur in diversitate saporum, in varietate ciborum. Aviditas nescit modum, et varietas excedit mensuram, sed et  
 20 mens gravatur, et stomachus turbatur, sen-

3. comparantur] operantur MA. aromata et C.  
 4. ob escam] ob esa M. 5. parentur M. 7. et substantiam CJ. 8. vertit MCJ. 10. irritandum M, irrigandam CvJ. 11. sustentandum M. 12. sup-  
 plendum M. 13. explendum M. 17. in diversi-  
 tate ciborum et varietate saporum M. 19. varie-  
 tas] voracitas MA. sed et] sed Cv. sed et mens...  
 in illis] sed inde gravatur stomachus, turbatur sensus,  
 opprimitur intellectus M.

sus opprimitur in illis. Inde non salus et sanitas, sed morbus et mors. Audi super hoc sententiam Sapientis: Noli avidus esse in omni epulatione, et non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, et propter crapulam multi perierunt.<sup>a</sup> Esca ventri, et venter escis, deus autem et hunc et hanc destruet.<sup>b</sup>

## CAP. XVIII.

*Exempla contra gulam.*

Gula carum tributum exigit, sed vilissimum reddit, quia quanto sunt delicatoria cibaria, tanto foetidiora sunt stercora. Turpius egerit, qui turpiter ingerit, superius et inferius horribilem flatum exprimens, et abominabilem sonum emittens. Gula paradisum clausit,<sup>c</sup> primogenita Esau vendidit,<sup>d</sup> suspendit<sup>e</sup> pistorem,<sup>e</sup> decollavit Baptistam.<sup>f</sup> Nabuzardan,

a) Eccli. 37, 32—34. b) I. Cor. 6, 13. c) Gen. 3, 6, 24. d) Gen. 25, 29—34. e) Gen. 41, 16—23. f) Marc. 6, 21—29.

2. *mors requiruntur* J. 4. *effundas*] *offendas* Cav. 6. *crapulam vini* CJ. *perierunt*] *obierunt* MJ. 8. *hunc et has* M. [Inscript.] *De exemplo contra gulam* CJ. 14. *abominabilem sonitum* M. *Paradisum gula* M. 15. *Esau om.* M. 16. *pistorem*] *pastorem* CJ. *Nabuzardan* M, *Nabuzardam* CJA.

princeps coquorum templum incendit et Hierusalem evertit.<sup>a</sup> Balthasar in convivio manum contra parietem sribentem aspexit: Mane, Thetel, Phares, et eadem nocte interfectus est<sup>b</sup> a Chaldaeis. Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere; sed adhuc erant escae eorum in ore ipsorum, et ira dei ascendit super eos.<sup>c</sup> Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis.<sup>d</sup> Dives ille, qui epulabatur quotidie splendide, sepultus est in inferno.<sup>e</sup>

## CAP. XIX.

*De ebrietate.*

Quid turpius ebrioso, cui foetor in ore, tremor in corpore, qui promittit stulta, prodit occulta, cui mens alienatur, facies transformatur? Nullum enim secretum, ubi regnat ebrietas.<sup>f</sup> Horatius: Foeundi calices quem

- a) IV. Reg. 25, 8—10.      b) Daniel. 5, 1—31.  
 c) Exod. 32, 6. 10. Psalm. 77, 30—31.      d) Thren. 4, 5.      e) Luc. 16, 19—23.      f) Prov. 31, 4.

---

2. *Hierusalem totam MCJ.* *Balthasar M.* 3. *contra parietem]* *contra se MJ.* 6. *Sed adhuc escae erant in ore eorum M,* *sed adhuc esca erat in ore ipsorum J.* 9. *viis, ad marg. suis, M,* *conviviis J.* 12. *promit MCJ. stulta]* *multa Cv.* 13. *ewi]* *cuius CavJ.* 15. *Horatius om. M.*

non fecere disertum?<sup>a</sup> Porro non sufficit vi-  
num, non sicera, non cervisia, sed studiose  
conficitur mulsum, syropus, claretum, labore  
multo, solicitudine magna, sumptu non mo-  
dico, sed inde contentiones et rixae, lites et  
iurgia. Vinum enim multum potatum (ut ait  
Sapiens) irritationem et iram, et ruinam mul-  
tam facit.<sup>b</sup> Fornicationes ex eo sunt. Forni-  
catione et vinum et ebrietas auferunt cor.<sup>c</sup> Pro-  
pterea dicit Apostolus: Nolite inebriari vino, <sup>10</sup>  
in quo est luxuria.<sup>d</sup> Et Salomon: Luxuriosa  
res vinum, et tumultuosa ebrietas.<sup>e</sup> Filii Re-  
chab et filius Zachariae vinum et siceram et  
omne, quod inebriare poterat, non biberunt.<sup>f</sup>

## CAP. XX.

*Exempla contra ebrietatem.*

Ebrietas enim verenda nudavit,<sup>g</sup> incestum <sup>15</sup>

- a) Horat. Epist. I. 5. 19.      b) Eccli. 31, 38.  
 c) Osee 4, 11.      d) Ephes. 5, 18.      e) Prov. 20, 1.  
 f) Jerem. 35, 6. Luc. 1, 15.      g) Gen. 9, 20—23.

1. *desertum* Ca.    2. *non cerevisia, non sicera* M.  
 7. *ruinas multas* M.    8. *Fornicationes ex eo sunt*  
*em.*, *Et Osee add.* M.    9. *Fornicatio om.* ClJ.  
 10. *Nolite inebriari vino*] *Fugite vinum* MCJ.  
 11. *Luxuriosa*] *Ebriosa* J.    12. *res est* M. *tumultuosa*  
*res* J. *Rachab* CavJ.    13. *filius*] *fili* M. [Inscript.]  
*De exemplo contra ebrietatem* MCJ.    15. *enim*  
*om.* M. *verecunda* Cl.

commisit,<sup>a</sup> filium regis occidit,<sup>b</sup> principem exercitus iugulavit.<sup>c</sup> Verum est ergo, quod Salomon ait Proverb. XXIII: Vacantes potibus et dantes symbola consumentur.<sup>d</sup> Et Esaias in v. capite: Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino aestuetis. Cithara et lyra, et tympanum et tibia et vinum in conviviis vestris. Vae qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ati miscendam ebrietatem.<sup>e</sup> Ecce gaudium et laetitia, occidere vitulos et iugulare arietes, comedere carnes et bibere vinum. Comedamus et bibamus, cras enim moriemur. Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum: Si dimittetur haec iniquitas vobis, donec moriamini.<sup>f</sup> Vae coronae superbiae Effraim. Sacerdos et propheta nescierunt, prae ebrietate absorpti

- a) Gen. 19, 33—37.      b) II. Reg. 13, 28—29.  
 c) Judith 13, 1—11.      d) Prov. 23, 21.      e) Isaiae 5, 11—12. 22.      f) Isaiae 22, 13—14.

---

4. et vacantes symbolo M, et vociferantes symbola ClJ. consumuntur ClJ. 6. sectandam] faciendam C. 7. vesperas Cl. 10. vinum in conviviis CavJ. 14. Et revelata est gloria vestra in auribus Domini exercituum Cl, et revelata est haec vox in auribus domini exercituum J. 16. donec om. C. moriamini Cl. 17. ebriis Effraim C. 18. assorti MCl.

sunt a vino, nescierunt videntem, et ignoraverunt iudicium.<sup>a</sup> Proh pudor, cum ad annunciatam Evangelicam lectionem a quodam presbytero benedictio peteretur, hesternam crapulam et nocturnam ebrietatem eructans fertur alta voce dixisse: Potum servorum benedicat rex angelorum.

## CAP. XXI.

*De luxuria.*

Porro turpis mater filiam generat turporem. Iustum est enim, ut qui in sordibus est, sordescat et adhuc.<sup>b</sup> Omnes enim adulterantes quasi clibanus succensus a coquente.<sup>c</sup> Cooperunt principes furere a vino. Venter enim opipare satur libenter Venerem amplexatur. O extrema libidinis turpitudo, quae non solum mentem effoeminat, sed etiam corpus enervat, non solum maculat animam, sed foedat personam. Omne namque pecca-

<sup>a)</sup> Isaiae 28, 1. 7.    <sup>b)</sup> Apoc. 22, 11.    <sup>c)</sup> Osee 7, 4.

---

1. et om. M.    2. Proch dolor M. pronuncian-  
dam M, annunciatum J.    5. eructuans MCJ.  
7. servorum suorum M.    10. et om. MJ. enim om. J.  
11. accensus CJ.    13. opipare om. M.    14. li-  
bidinis] Veneris M.    15. etiam om. M.    17. nam-  
que] enim CJ.

tum, quodcunque fecerit homo, extra suum corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.<sup>a</sup> Semper illam praecedunt ardor et petulantia, semper comitantur foetor et immunditia, sequuntur semper dolor et poenitentia. Favus enim (inquit Salomon) distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur eius. Novissima autem illius amara sicut absinthium, et lingua eius acuta quasi gladius biceps.<sup>b</sup>

## CAP. XXII.

*De generalitate luxuriae.*

Familiaris est inimicus, habitans non procul, sed prope, non exterius, sed interiorius. Nam virtus eius in lumbis eius, et fortitudo eius in umbilico ventris eius.<sup>c</sup> Nunquam fugatur, nisi cum fugitur, nunquam mactatur, nisi cum maceratur. Ad causam exigit libertatem et abundantiam, sed requirit ad effectum facultatem et adiacentiam. Haec

a) I. Cor. 6, 18.    b) Prov. 5, 3—4.    c) Job 40, 11.

---

1. *quodcunque fecerit*] *quod facit CJ. corpus suum MC.*    5. *semper sequuntur M.*    6. *inquit Salomon om. M.*    9. *lingua eius om. MJ.*    14. *fortitudo illius M.*    17. *requirit*] *reperit MA.*

omnem aelatem corrumpit, omnem sexum confundit, omnem ordinem solvit, omnem gradum pervertit. Invadit enim senes et iuvenes, mares et foeminas, prudentes et simplices, superiores et inferiores, ad extremam generationem etiam sacerdotes, qui nocte Venerem amplexantur, mane vero virginem venerantur. Turpe dictu, sed turpissimum actu, dici liceat quod agi non libeat. Nocte filium Veneris agitant in cubilibus, mane 10 filium virginis offerunt in altari.

## CAP. XXIII.

*De diversis speciebus luxuriaet poenis earum.*

Quis multiplices species huius sufficienter valet explicare? Haec enim Pentapolim cum adiacente regione subvertit, Sodomitas,<sup>a</sup> et Sychen cum populo interemit, raptore<sup>15</sup>

a) Gen. 19, 24—25. Sap. 10, 6—7.

3. senes et iuvenes, virgines, mares et feminas J.  
 5. ad extremum etiam sacerdotes, qui M. 7. vero  
 om. M. 9. quod] ut M. 10. in cubili MJ. mane  
 vero CJ. [Inscript.] et poenis earum om. MCJ.  
 12. Quis enim MJ. huius om. M. 13. valeat M.  
 14. adiacenti MJ. convertit CJ2. Sodomitas et om. M.  
 scilicet Sodomitas. Sychen CJ. Si Sodomitas, si Sy-  
 chen Ca, Si Sodomitas, si Sichem Cv. 15. scilicet  
 raptore<sup>s</sup> CJ. si raptore<sup>s</sup> Cav. raptore<sup>s</sup> Diana<sup>e</sup> om. M.

Dinae,<sup>a</sup> Her et Onam filios Iuda percussit,<sup>b</sup>  
 scilicet immundos, Iudaeum et Madianitidem  
 pugione transfodit,<sup>c</sup> scilicet fornicatores, tri-  
 būm Beniamin pro uxore levitae delevit,<sup>d</sup> adul-  
 teros, filios Heli sacerdotis in bello prostra-  
 vit, stupratores. Amon in convivio interfec-  
 cit.<sup>f</sup> Haec denique Uriam occidit,<sup>g</sup> presbyte-  
 ros lapidavit,<sup>h</sup> Ruben maledixit,<sup>i</sup> Samsonem  
 seduxit,<sup>k</sup> Salomonem pervertit.<sup>l</sup> Verum est  
 ergo quod legitur: Propter speciem mulieris  
 multi perierunt.<sup>m</sup> Nam vinum et mulieres apo-  
 statare faciunt sapientes, et arguunt sensatos.<sup>n</sup>

a) Gen. 34, 2—30. b) Gen. 38, 6—11. c) Num.  
 25, 1—9. d) Judic. 19, 20. e) I. Reg. 2, 22. 34, 4, 11.  
 f) II. Reg. 13, 1—30. g) II Reg. 11, 2—18. h) Dañ.  
 13, 7—63. i) Gen. 35, 22. 49, 4. k) Judic. 16,  
 4—22. l) III. Reg. 11, 1—9. m) Eceli. 9, 9.  
 n) Eceli. 19, 2.

---

1. Honam M. Judge MJ. 2. scilicet] si Cav.  
 scilicet immundos om. M. 3. scilicet fornicatores  
 om. M. si (scilicet om.) fornicatores tribus Cav. tri-  
 būm MCJ. tribus A. 4. Beniamin Cl. adul-  
 teros om. M. scilicet adulteros. Filios Heli Cl. si adul-  
 teros filios Heli sacerdotis in bello prostravit, Amon  
 in convivio interfecit, si stupratores, quaeras sacri-  
 legos et incestuosos. Haec denique Cav. 6. stu-  
 pratores om. M. scilicet stupratores Cl. stupratores.  
 Haec Uriam occidit, Ammon interfecit, presbyteros la-  
 pidavit MCJ, Haec Uriam occidit, Ammon interfecit,  
 incestuosos presbyteros lapidavit J. 8. Haec Ruben  
 MCJ. 10. mulieris om. Cav. 12. et arguunt sen-  
 satos om. M. sensatos] insensatos Cl.

Haec multos vulneratos deiecit, et fortissimi  
quiue imperfecti sunt ab ea, viae inferi do-  
mus eius, penetrantes in interiora mortis.<sup>a</sup>  
Haec vires enervat, sensus diminuit, dies  
consumit, opes effundit. 5

## CAP. XXIV.

*De coitu contra naturam.*

Haec ignominiosam morphosim operatur,  
quam tamen Apostolus non confunditur nomi-  
nare. Propterea, inquit, tradidit eos deus  
in passiones ignominiae. Nam foeminae eo-  
rum commutaverunt naturalem usum in eum, 10  
qui est contra naturam. Similiter et masculi,  
relicto naturali usu foeminae, exarserunt in con-  
cupiscentiis suis in invicem, masculi in mas-  
culos turpitudinem operantes.<sup>b</sup> Quid autem  
hanc turpitudinem operantibus turpius? Quid 15  
hoc crimine criminiosius? In lege enim quasi  
paria coniunguntur concubitus maris cum

a) Prov. 7, 26—27.    b) Rom. 1, 26—27.

---

5. *consumit*] *confundit* M.    7. *tamen* *superp.* M.  
*non* om. CJ.    8. *illos* CJ.    13. *concupiscentiis*]  
*desideriis* M. *in invicem*] *invicem* MC, om. J.    14. *Quid*  
... *turpius?*] *Quid hac turpitudine turpius?* M.    16. *enim*  
om. M.

masculo et coitus hominis cum iumento. Sic enim legitur in Levitico: Cum masculo non commisceberis coitu foemineo, quia abdominalio est, cum omni pecore non coibis, <sup>a</sup> nec maculaberis cum eo.<sup>a</sup> Utrique par poena subscrabitur. Qui dormierit, inquit, cum masculo coitu foemineo, utriusque operati sunt nefas, morte moriantur, pecus quoque occidite.<sup>b</sup> Qui habet aures audiat, imo qui de-  
10 sipit, resipiscat.

## CAP. XXV.

*De poena huius sceleris.*

Poena docuit, quid haec culpa promeruit: Pluit enim dominus super Sodomam et Gomorrah sulphur et ignem de coelo.<sup>c</sup> Noluit enim dominus cuiquam angelorum vel  
15 hominum executionem huius poenae committere, sed sibi ipsi vindictam huius sceleris reservavit, secundum illud: Mea est ultio, et

<sup>a)</sup> Levit. 18, 22—23.      <sup>b)</sup> Levit. 20, 13. 15.  
<sup>c)</sup> Gen. 19, 24.

---

4. *omni om. M. pecore enim M.*      8. *moria-*  
*tur Cav. qui cum iumento dormierit, morte moriantur*  
*add. J.*      13. *ignem a domino de coelo CJ, a do-*  
*mino superp. M.*      16. *poenam et vindictam M.*

ego retribuam.<sup>a</sup> Et ideo pluit dominus a domino, videlicet a seipso, non imbreem vel rorem, sed sulphur et ignem, sulphur super foetorem luxuriae, ignem super ardorem libidinis, quatenus poena similis esset culpae.<sup>5</sup> Nec misisse dicitur, sed pluisse, quatenus ipso verbo magnitudinem et abundantiam poenae notaret. Nemini pepercit oculus eius, sed omnes simul extinxit.<sup>10</sup> Uxorem quoque Loth, quia retro respexit, in statuam salis mutavit, nec solum urbes, sed et omnes circa regiones in mare mortuum et vallem salinariam convertit. Horrendum est enim incidere in manus dei viventis,<sup>b</sup> qui, quanto maiorem suae longanimitatis exhibet patientiam, tanto duriorem suae severitatis infert vindictam.

## CAP. XXVI.

*De ambitioso.*

Opes utique cupidus congregat, et avarus conservat. Voluptates gulosus degustat,

a) Deut. 32, 35. Rom. 12, 19. Hebr. 10, 30.

b) Hebr. 10, 31.

---

1. *retribuam eis* J, *eis d<sup>c</sup> dn̄s* ad marg. pon. M.  
7. *in ipso verbo* M.      11. *et om.* J.      13. *enim]*  
*igitur* M.      18. *utique]* ita M.

et luxuriosus exercet. Honores ambitiosus affectat, et superbus extollit. Ambitiosus autem semper est pavidus, semper attenuatus, ne quid dicat vel faciat, quod in oculis hominum valeat displicere, humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur et obsequitur, cunctos honorat, universis inclinat, frequentat curias, visitat optimates, assurgit et amplexatur, applaudit et adulatur, bene novit illud poetum: Etsi nullus erit pulvis, tamen excutit illum.<sup>a)</sup> Promptus et servidus, ubi placere recognoverit, remissus et tepidus, ubi putaverit displicere. Improbat mala, detestatur iniqua, sed alia cum aliis probat et improbat, ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab hominibus, et a singulis approbetur. Et ecce gravem intra se sustinet pugnam, difficilemque conflictum, dum iniquitas pulset animum, et ambitio continet manum, et quod illa suggerit facien-

a) Cf. Ovid. Art. I. 151.

---

2. forte extollitur ad marg. not. Cl. autem om. M.  
 12. excut M, excutet J. illum] illum CJ, nullum MCa.  
 13. cognoverit MJ, cognovit C. 17. hominibus]  
 omnibus J et] ut MCJ. 18. intra] inter J. 21. ma-  
 num] malum MA.

dum, haec fieri non permittit. Colludunt tamen ad invicem mater et filia, iniquitas et ambitio, nam mater in aperto subsistit, et filia in occulto non resistit. Haec enim vindicat sibi publicum, illa secretum. Ambitus ergo libenter agit de principatu quem ambit, et dicit: O quando principabitur ille, qui severus sit in iustitia, pius in misericordia, qui non declinet amore vel odio, qui non corrumpatur prece vel pretio, qui credit fidelibus et acquiescat supplicibus, qui sit humilis et benignus, largus et mansuetus, constans, sapiens, patiens et astutus.

## CAP. XXVII.

*De nimia concupiscentia ambitiosorum.*

Si forsitan hac arte non proficit, recurrit ad aliam, advocat Simonem, et accedit ad Giezi, per hunc ab illo nititur emere, quod per se non praevalet obtinere: supplicat et promittit, offert et tribuit, proh pudor, gra-

3. nam in aperto mater subsistit et in occulto filia non resistit M. 4. enim] ergo M. 6. ergo om. M. 8. severus fuit M. 10. corrumpetur M. vel om. Cav. 13. constans et sapiens, M.J. [Inscript.] ambitiosi M, vitiosorum J. 15. ad Giezi] Jesi, om. ad, M. 16. emere] tenere J.

tiam, quam gratis adipisci non potuit, per fas et nefas nititur adipisci. Nec desistit adhuc, sed instat et invadit violenter honorem, et impudenter arripit dignitatem, amicorum suffragio, praesidio propinquorum, tantoque damnationis inflammatur ardore, tanta libidine praesidendi, ut nec schisma abhorreat, nec scandalum formidet. Sed Giezi lepra percussit,<sup>a</sup> et Simon periit pecunia.<sup>b</sup> Chore autem cum complicibus ignis assumpsit, et Dathan et Abiron terra vivos absorbuit.<sup>c</sup> Nullus itaque sibi honorem assumat, nisi qui vocatur a deo tanquam Aaron.<sup>d</sup>

## CAP. XXVIII.

*De ambitioso exemplum.*

Liquidum ambitionis exemplum reperitur

- a) IV. Reg. 5, 26—27.      b) Actor. 8, 18—25.  
 c) Num. 16, 1—36.      d) Hebr. 5, 4.

1. adipisci] obtinere per fas et nefas A. 2. fas et om. M., per fas et nefas nititur adipisci om. Cv. 3. insistit MJ. 6. tantoque libidine M. 7. ut schisma non horreat M. 8. nec scandalum formidet] scandalum non formidet MCJ. Jesi M. 9. percussit, ut patet IV. Reg. V. J. et om. J. cum pecunia CJ. 10. autem om. M. consumpsit M. 12. assumat honorem (ambitionis superp.) M. nisi] sed M. [Inscript.] Exemplum de ambitioso M. 14. ambitionis om. M.

in Absalone, qui cum aspiraret ad regnum, fecit sibi currus et equites, et L. viros qui praecederent eum, et mane consurgens Absalon stabat iuxta introitum portae, et omnem virum, qui habebat negotium ut veniret ad regis iudicium, vocabat ad se, et dicebat: De qua civitate es tu? Qui respondit: Ex una tribu Israel ego sum servus tuus. Respondebat ei Absalon: Videntur mihi sermones tui iusti et boni, sed non est, qui te audiat, 10 constitutus a rege. Dicebat et Absalon: Quis me constituat iudicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, et iuste iudicem? Sed cum accederet ad eum homo quidam et salutaret eum, extendebat 15 manum suam, et apprehendens eum osculabatur, faciebatque haec omni Israel, qui veniebant ad iudicium, ut audirentur a rege, et solicitabat corda virorum Israel. Cumque abisset Absalon in Ebron, misit exploratores 20

1. *Absolone* (etiam in sequentibus locis *Absalon*) MJ.
6. *iudicium regis* M.
8. *Respondebatque* M.
10. *boni et iusti* M. *audiat te* M.
11. *et quoque* M. *Dicebatque* J.
14. *iuste] ad iustum* Cav.
15. *quidam* om. M.
16. *et apprehendens osculabatur eum* M.
18. *veniebat* M. *iudicium ad marg. pon.* M. *audiretur* N.
20. *Absolon abiisset* M.

in universas tribus Israel dicentes: Statim ut audieritis clangores buccinae, dicite: Regnavit Absalon in Ebron, et facta est coniuratio valida, et populus concurrens augebatur cum s Absalone.<sup>a)</sup>

## CAP. XXIX.

*De brevi et misera vita magnatum.*

Sed esto quod sublimetur in altum, provehatur ad summum, statim curae succrescent, solicitudines cumulantur, extunduntur reiunia, vigiliae producuntur, ex quibus natura corrumpitur, spiritus infirmatur. Corruptur somnus, amittitur appetitus, debilitatur virtus, attenuatur corpus, et sic in se ipso deficiens non dimidiat dies suos, sed miserabilem vitam miserabiliore fine concludit. Verum est illud poeticum: In se magna ruunt, summisque negatum est stare diu, tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. Verius autem istud propheticum: Vidi impium

a) II. Reg. 15, 1—13.

---

4. et om. M. angebatur CaJ. 5. cum Absolon M. [Inscript.] Quod brevis est vita et misera magnatum M. 6. quod] ut M. 8. extenduntur MCIVJ. 12. corpus attenuatur M. 18. Verius est autem MJ. istud] illud MJ2.

superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani; transivi, et ecce non erat qui eum cognosceret, quaeſivi eum, et non est inventus locus eius;<sup>a</sup> antequam dies eius impleantur, peribit, laedetur quasi vinea in primo flore botrus eius, et sicut oliva proiiciens florem.<sup>b</sup> Audi super hoc sententiam Sapientis: Omnis potentatus brevis vita.<sup>c</sup>

## CAP. XXX.

*De diversis proprietatibus superborum.*

Statim autem ut ambitiosus est promotus ad honorem, in superbiam extollitur et in iactantiam effrenatur, nec curat prodesse, sed gloriatur praeſesse, praeſumit se meliorum, quia crevit in superiore. At bonum facit non gradus, sed virtus, non dignitas, sed honestas. Priores designatur amicos, notos ignorat hesternos, comites contemnit antiquos, vultum avertit, visum extollit, cer-

a) Psalm. 36, 35—36.      b) Job 15, 32—33.

c) Eccli. 10, 11.

---

2. transivi enim CJ. qui eum cognosceret om. M.  
 4. repleantur M.      6. proiiciens] ducens CJ. florem  
 proiiciens M.      [Inscript.] superborum] ambitiosorum M.      9. promotus est M.      13. At] Ad MJ.  
 15. designantur M.      16. hesternos] extraneos J,  
 al. extremos superp. M.

vicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur. Subesse non patitur, praeesse molitur, praelatis infestus, subditis onerosus. Molesta non suffert, concessa non differt, praeceps et audax, glriosus et arrogans, gravis et importunus.

## CAP. XXXI.

*De superbia et casu Luciferi.*

O superbia cunctis importabilis, et omnibus odiosa,<sup>a</sup> inter omnia vitia tu semper es prima, tu semper es ultima. Nam omne peccatum te accedente committitur, et te receidente dimittitur. Scriptum est enim: Initium omnis peccati est superbia.<sup>b</sup> Primogenita mors. Haec enim inter ipsa rerum primordia creaturam contra creatorem erexit. An gelum contra Deum, sed eum absque mora deiecit, quoniam in veritate non stetit, ab innocentia in peccatum, a delictis in miseras, a coelo empyreo in aerem caliginosum. Audi prophetam: Quomodo cecidisti de coelo

a) Eccli. 10, 7. b) Eccli. 10, 15.

---

5. *desert* M. 7. O om. M. et om. M. *omnibus*  
om. CJ. 10. et om. M. 17. *delictis*] *deliciis* CvJ.  
19. *de coelo* om. MCJ.

Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, in coelum ascendam et super astra dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, et 5 ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.<sup>a)</sup> Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore, in deliciis paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus vestimentum tuum, sardius, topazius, 10 et iaspis, chrysolithus, onyx et berillus, carbunculus, sapphirus, smaragdus, aurum, opus decoris tui et foramina tua in die, qua conditus es, praeparata sunt. Tu Cherub extentus et protegens, et posui te in monte 15 sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis a die conditionis tuae, donec inventa est iniquitas in te. Peccasti et eieci te de monte sancto dei.

a) Isaiae 14, 12—15.

1. Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes  
om. MCJ. 3. descendam M. et om. M. 4. dei]  
coeli MCJ. 5. et om. M. 6. et similis J.  
10. vestimentum] operimentum MA. 12. sapphirus,  
carbunculus et MJ. aurum ad marg. pon. M. 13. omne  
opus M. et foramina... praeparata sunt om. MCJ.  
18. in te iniquitas CJ. 19. sancto om. CJ, ad marg.  
pon. M.

Elevatum est cor tuum in decore tuo, et in terram proieci te.<sup>a</sup> Cedri non fuerunt altiores illo in paradyso dei. Abietes non aequaverunt ad summitatem eius, et platani non  
 5 fuerunt aequales frondibus eius. Omne lignum pretiosum paradisi non est assimilatum ei et pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum in multis condensis frondibus;<sup>b</sup> Ipse est rex super omnes filios superbiae.<sup>c</sup> Ipse est  
 10 draco magnus, rufus, habens capita septem et cornua decem, et in capitibus septem diademata, cuius cauda trahebat tertiam partem stellarum coeli et misit illas in terram, et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanás, qui seduxit universum orbem, et projectus est in terram, et angeli eius cum eo missi sunt<sup>d</sup> in terram. De quo et veritas ait: Vidi Satanam quasi fulgur de coelo cadentem.<sup>e</sup> Nam

- a) Ezech. 28, 12—18.      b) Ezech. 31, 8—9.  
 c) Job 41, 25.      d) Apoc. 12, 3—4. 9.      e) Luc. 10, 18.

4. et om. J.      5. frondibus illius M.      6. pretiosum om. CavJ. ei] illi M.      7. fecit MCJ.      8. condensaque Cav.      9. Ipse] Iste M.      11. et cornua .... diademata om. Claj.      diademata septem Cv. 13. illos M.      16. seduxit M.      18. in terram om. CJ. et om. CJ. Sathan J.      19. quasi] sicut M.

**omnis, qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur.<sup>a</sup>**

## CAP. XXXII.

*De arrogantia hominum.*

O superba praesumptio, et praesumptuosa superbia, quae non tantum angelos deo voluisti adaequare, sed etiam homines praesum- 5 psisti deificare. Porro, quos erexit, depres- sit, et quos exaltavit, humiliavit. Hinc ait dominus ad prophetam: Fili hominis dic prin- cipi Tyri, haec dicit dominus deus, eo quod elevatum est cor tuum quasi cor dei et di- 10 xisti: Deus ego sum, cum sis homo et non deus, idcirco ego adducam super te robu- stissimos gentium, et interficiam te, et mo- rieris in interitu occisorum.<sup>b</sup> Nabuchodono- sor, quia potentiam suam iactavit superbe, 15 et ait: Nonne haec est Babylon, quam aedi- ficavi mihi in domo regni, in robore fortitu- dinis meae, et in gloria decoris mei? Quum

a) *Luc. 14, 11.*    b) *Ezech. 28, 2. 6—8.*

3. *et om. M.*    4. *non solum M. deo angelos M.*  
*voluit M.*    5. *etiam om. M. praesumit M.*    11. *Deus enim M.*  
*13. interficiant M.*    15. *superbe iactavit M.*  
*17. mihi om. CJ. in domo] domum M, in domum A.*  
*et in robore M.*

adhuc sermo esset in ore regis, vox de coelo  
 ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, re-  
 gnum tuum transiet a te, et ab hominibus  
 eiiciam te, et cum feris et bestiis erit habi-  
 tatio tua, foenum quasi bos comedes, et se-  
 ptent tempora mutabuntur super te, donec  
 scias, quod excelsus dominetur in regno ho-  
 minum et, cuicunque voluerit, det illud. Ea-  
 dem hora sermo completus est super Nabu-  
 chodonosor.<sup>a</sup> Verum est ergo quod dicitur  
 in psalmo: Homo quum in honore esset, non  
 intellexit, comparatus est iumentis insipien-  
 tibus, et similis factus est illis.<sup>b</sup> Superbia tur-  
 rem everlit et linguam confudit,<sup>c</sup> prostravit  
 Goliam<sup>d</sup> et suspendit Aman,<sup>e</sup> interfecit Nicha-  
 norem<sup>f</sup> et peremit Antiochum,<sup>g</sup> Pharaonem  
 submersit<sup>h</sup> et Sennacherib interemit,<sup>i</sup> Holo-  
 fernis caput amputavit.<sup>k</sup> Sedes ducum super-

- a) Dan. 4, 27—30. b) Psalm. 48, 13. c) Gen.  
 11, 7—8. d) I. Reg. 17, 42—51. e) Esther 7, 9—10.  
 f) I. Machab. 7, 33—45. II. Machab. 15, 1—7. 25—33.  
 g) I. Machab. 6, 1—17. h) Exod. 14, 23—29.  
 i) IV. Reg. 19, 20—37. k) Judith 6, 1—7. 13, 1—12.

---

3. *tuum* ad marg. pon. M. *transivit* CJ. 4. *te*  
*eiiciam* M. *cum bestiis et feris* M. 9. *complevit* M.  
 10. *dicitur]* legitur M. 11. *in psalmo* om. M.  
 17. *Holofernis caput amputavit* om. MCJ.

**borum destruxit deus, et radices gentium superbarum arefecit.<sup>a</sup>**

## CAP. XXXIII.

*De abominatione superbiae.*

Quam detestabilis sit superbia, dominus ipse per prophetam testatur dicens: Detestor ego superbiam Iacob.<sup>b</sup> Et iuravit dominus in 5 superbiam Iacob: Si oblitus fuero usque in finem omnia opera eorum.<sup>c</sup> Unde inter illa sex, quae dominus odit, et septimum detestatur anima eius, Salomon primum ponit oculos sublimes,<sup>d</sup> id est superbiam. Et Esaias: 10 Dies domini exercitum super omnem superbium et excelsum, et super omnem arrogantem, et humiliabitur eis altitudo virorum, et super omnes cedros Libani, et sublimes et erectas, et super omnes quercus Basan, et 15

<sup>a)</sup> Eccli. 10, 17—18. <sup>b)</sup> Amos 6, 8. <sup>c)</sup> Amos 8, 7. <sup>d)</sup> Prov. 6, 16—17.

1. *destruit* CJ. 2. *arefecit* Cl. 4. *dicens* om., *Iuravit dominus deus in anima sua, dicit dominus deus exercitum* add. M. 5. *Iacob* om. J. 6. *in superbia MJ.* *usque in]* *usque ad* M. 7. *omnia* om. M. 8. *sex]* *septem* C. *septimum, quod* M. 9. *Salomon primo* J. 10. *id est superbiam* om. C. 13. *eis altitudo virorum* om. CJ, *ad marg. pon.* M. 14. *et sublimes]* *sublimes* M.

super omnes montes excelsos, et super omnes colles elevatos, et super omnem turrem excelsam, et super omnem murum munitum, et incurvabitur sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum.<sup>a</sup> Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino, et descendenter sublimes gloriosique eius ad eum.<sup>b</sup> Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriae eius.<sup>c</sup> Iob quoque dicit: Si ascenderit usque ad coelum superbia, et caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur.<sup>d</sup>

## CAP. XXXIV.

*Contra arrogantiam superborum.*

Omnis fere vitiosus diligit sibi similem.  
15 Superbus autem odit elevatum. Unde Salomon: Inter superbos semper sunt iurgia, et ubi fuerit superbia, ibi et contumelia.<sup>e</sup> Superbus insolita gestit, consueta fastidit,

a) Isaiae 2, 12—15. 17. b) Isaiae 5, 14.  
c) Isaiae 23, 9. d) Job 20, 6—7. e) Prov. 13, 10. 11, 2.

---

4. curvabitur Cav.J.	10. eius om.M.	13: pu-
frescat et perdetur Cl.J.	14. sibi] suum Jz.	15. elat-
M.	17. fuit M.	um M.

magnum reputat, si loqui dignetur, maximum, si surgat et amplectetur. Aestimat plus dignitatem ab ipso, quam ipsum effectum ex dignitate. Nunquam vult uti paternitatis affectu, semper vult uti dominationis imperio. Superbia eius et arrogantia eius et indignatio eius plus quam fortitudo eius. Revolvat in anima, quod legitur in evangelio: Facta est contentio inter discipulos domini Iesu, quis eorum videretur esse maior, et ait Iesus: Principes gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent, inter illos benefici vocantur, vos autem non sic, sed qui maior est inter vos, erit sicut iunior, et qui praecessor, sicut ministrator.<sup>a</sup> Et ut Petrus, apostolorum princeps ait: Non quasi dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.<sup>b</sup> Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrarum et universi qui habitant in

a) Luc. 22, 24—27.      b) I. Petr. 5, 3.

2. Existimat M.      3. effectum] associatum M.  
 8. in animo M.      9. domini om. M.      11. ait  
 illis Iesus M. Principes] Reges M.      12. inter illos]  
 super eos M.      14. iunior] minor M.      15. ut om. M.  
 16. princeps] magister M.      ait om. M. Non quasi  
 dominator in clero, sed forma factus . . . J.

eo.<sup>a</sup> Unus est ergo deus, et unus est dominus. Caeteri vero non sunt domini, sed ministri, quibus interdicitur dominium et indicitur ministerium. Audi super hoc Sapientem: Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis, quasi unus ex illis.<sup>b</sup>

## CAP. XXXV.

*Contra fraudem ambitionum exemplum.*

Fili Zebedaei, qui per interventum matris honorem postulaverunt a Christo: Dic (inquit) ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram et alius ad sinistram tuam in regno tuo, meruerunt audire: Nescitis quid petatis. Non enim honore sed onere pervenitur ad regnum. Unde dominus subdit: Non est meum dare vobis,<sup>c</sup> quasi diceret, meum quidem est dare, sed non vobis, id est ambitionis, quales vos estis. Licet autem potestas a deo sit, superbus tamen non regnat ex

a) Psalm. 23, 1.      b) Eccli. 32, 1.      c) Matth. 20, 21—24.

1. et om. M. et unus dominus est J.    2. vero om. M.    4. indicitur] inducitur Cav, interdicitur J. [Inscript.] exemplum om. M.    10. a dextris et alius a sinistris tuis M.    14. quasi diceret om. M.    15. est quidem M.    16. omnis potestas MJ.

deo, secundum illud propheticum: Ipsi regnaverunt, et non ex me, principes extiterunt, et non cognovi eos.<sup>a</sup>

## CAP. XXXVI.

*De proprietatibus arrogantium.*

Superbus autem amat primas cathedras in synagogis et primos recubitus in coenis,<sup>5</sup> salutationes in foro et vocari ab hominibus Rabbi.<sup>b</sup> Non nomine personae, sed nomine fortunae vult appellari, non ut homo, sed ut dominus vult honorari. Sedet sublimis, incedit excelsus, vult sibi omnes assurgere,<sup>10</sup> singulos inclinare. Porro quidam philosophus volens arrogantiam cuiusdam regis illudere, cum vidisset eum in throno regali sedere sublimem, prostratus in terram suppli- citer adoravit, et confestim, non invitatus,<sup>15</sup> ascendens iuxta regem consedit. Quod rex vehementer admirans, eo quod nosset eum esse philosophum, quare hoc egerit, exquisi- vit. Philosophus ergo respondit: Aut deus es, aut homo: si deus, debui te adorare, si<sup>20</sup>

a) Osee 8, 4. b) Matth. 23, 6 – 7.

5. et om. M. 11. *philosophus quidam* M.  
17. *eo quod sciret illum* M.

homo, bene potui iuxta te sedere. Rex autem respcionem convertens contra philosophum intulit: Imo si homo sum, non debuisti me adorare, si deus sum, non debuisti iuxta me sedere. Sapienter iste respondit, sed ille prudenter elusit.

## CAP. XXXVII.

*De superfluo cultu.*

Primis parentibus fecit Deus tunicas pelliceas post peccatum,<sup>a</sup> et a Christo dicitur Christianis: Non duas tunicas habeatis.<sup>b</sup> Sed iuxta Ioannis consilium, qui habet duas tunicas, det non habenti uham.<sup>c</sup> Superbus autem, ut magnificus videatur, satagit vestiri duplicitibus, indui mollibus, pretiosis ornari. Sed quid est homo pretiosis ornatus, nisi sepulchrum foris dealbatum, intus autem plenum sparcitiae?<sup>d</sup> Hyacinthus et purpura, coccus et byssus in limo putrescant, aurum et argentum, lapides et gemmae in luto sor-

a) Gen. 3, 21. b) Luc. 9, 3. Matth. 10, 10.  
c) Luc. 3, 11. d) Matth. 23, 27.

---

1. bene om. M. autem] ergo M. 2. respcionem] rationem (ad marg. respcionem) M. 7. tunicas pelli- ceas] perizomata MCJJA. 9. habebitis CaJ. 11. unam non habenti M. 16. crocus CJ, lego coccus ad marg. add. Cl. 17. inputrescant limo M. 18. gemma M.

descunt. Dignitas et potestas male iacent in pulvere, honor et gloria male sedent in cinere. Quid ergo superbe phylacteria dilatas, et magnificas fimbrias? Dives ille, qui induebatur purpura et bysso, sepultus est in inferno.<sup>a</sup> Dina, filia patriarchae Iacob, antequam egredieretur, (ut ait Iosephus) ut emeret ornamentum provincialium mulierum, virgo permanxit. Quum autem exivit, Sychem, filius regis Aemor, eam violenter oppressit.<sup>b</sup> Holofernes, qui sedebat in canopeo, quod erat ex purpura et bysso et auro et smaragdo et lapidibus pretiosis intextum, iugulatus est a Iudith.<sup>c</sup> Quae quum prius uteretur cilicio, tunc assumpsit ornatum iucunditatis. Audi super hoc consilium Sapientis: In vestitu ne glorieris unquam.<sup>d</sup> Et Apostolus: Non in veste pretiosa, nec sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut vestimentorum cultus.<sup>e</sup>

a) Luc. 16, 19—23. b) Cf. Flav. Jos. Antiq. Iud. l. 21. 1. edit. Haverc. Gen. 34, 1—2. c) Judith 3, 10. d) Eccli. 11, 4. e) I. Tim. 2, 9. I. Petr. 3, 3.

---

3. *superbe* ad marg. pon. M, *superbe*] *superbiae* C. *philakteria* CaJ. 4. *qui* ad marg. pon. M. 7. *et* *ornamentum* *mulierum* *provincialium* *emeret* M. 9. *emere* CJ. 10. *Amoreorum* ClA, *Amorrhaeorum* Cv, *Amorreorum* J. 12. *et* *bysso* om. M. 13. *lapidibus* *pretiosis* *intextum*] *lapidibus* *confestum* C. 15. *tunc* *ornatum* *iucunditatis* *assumpsit* M.

## CAP. XXXVIII.

*Contra superfluum ornatum.*

Attende, quid contra superfluum ornatum  
comminetur dominus per prophetam: Pro eo,  
quod elevatae sunt filiae Sion et ambulave-  
runt extento collo et nutibus oculorum ibant,  
5 decalvabit dominus verticem filiarum Sion, et  
crinem earum nudabit. In die illa auferet  
dominus ornatum calciamentorum, et lunulas,  
et torques, et monilia, et armillas, et mitras,  
et discriminalia, et perichelides, et murenu-  
10 las, et olfactoriola, et inaures, et anulos, et  
gemmae in fronte pendentes, et mutatoria,  
et palliola, et linteamina, et acus, et specula,  
et sindones, et vittas, et theristra. Et erit  
pro suavi odore foetor, et pro zona funicu-  
15 lus, et pro crispanti crine calvitium, et pro  
fascia pectorali cilicum.<sup>a</sup> Ecce iusta poena  
reditur pro culpa, ut in eo puniantur, in  
quo peccaverunt. Adhuc super his alium audi-

a) Isaiae 3, 16—25.

---

2. prophetam Esaiam CJ. 4. extenso J. ocu-  
lorum eorum Cav. 5. decalvabit (ad marg. decal-  
vabit) M. verticem] cervicem CJ. 6. denudabit M.  
7. ornatum] ornamentum CJ. 9. periscelidas M.  
10. et olfactoriola] olfactoriola M. 15. et pro fascia  
pectorali cilicum om. C. 16. iusta] ista C. iusta  
reditur poena M. 18. alium om. CavJ.

prophetam: O Tyre, byssus varia de Aegypto  
texta est tibi in velum, hyacinthus et purpura  
de insulis Elisa facta est indumentum tuum.  
Dentes eburneos et hebeninos commutaverunt  
in pretio tuo. Propter multitudinem operum  
tuorum guttam et puroram et scutulata et  
byssum et sericum et chadchod proposue-  
runt in mercatu tuo. Dedan institores tui  
in tapetibus ad sedendum, et repleta es et  
glorificata nimis. Sed nunc contrita es in  
mari, et in profundis aquarum opes tuae, ad  
nihilum redactae sunt, et non eris usque in  
perpetuum.<sup>a)</sup>

## CAP. XXXIX.

*Quod plus defertur vestibus quam virtutibus.*

Cum quidam philosophus in habitu con-  
temptibili principis aulam adisset et diu pul- 15

a) Ezech. 27, 7. 15. 16. 20. 25. 34. 36.

- |   |               |
|---|---------------|
| 1. prophetam Ezechiem CJ.                             | 2. tecta M.   |
| in velis CJ.  |               |
| 3. facta sunt operimentum tuum M. A.                  |               |
| Al's sunt operimentum ad marg. add. Cla.              |               |
| indu-   |               |
| mentum tuum vel operimentum J.                        |               |
| 5. in pretia  |               |
| tua M.  |               |
| Propter multitudinem operum tuorum om. M.             |               |
| 6. guttam] gemmam J. scutulatam M.                    | 7. et byssum] |
| byssum J. chadchod] coccum M, chachod Cav, codchod J. |               |
| 8. mercato J. Dedan] Dederunt CJ.                     | 9. et repleta |
| et glorificata es nimis M.                            |               |
| 12. redacta es CJ.                                    | 13. per-      |
| petuum] sempiternum CJ.                               |               |

sans non fuisset admissus, sed quoties tentasset ingredi, toties contigisset eum repellere, mutavit habitum, et assumpsit ornatum. Tunc ad primam vocem aditus patuit venienti. Qui procedens ad principem, pallium, quod gestabat, coepit venerabiliter osculari. Super quo princeps admirans, quare hoc ageret, exquisivit. Philosophus respondit: Honorantem me honoro, quia quod virtus non potuit, vestis obtinuit. O vanitas vanitatum, plus honoris defertur vestibus, quam virtutibus, plus venustati, quam honestati.

## CAP. XL.

*De fucatione colorum.*

Artificialis species superducitur, et facies obducitur naturalis, tanquam artificium est hominis artem supereret creatoris. Non sic, non sic. Considerate, inquit dominus, lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent, dico autem vobis, quoniam nec

1. et admissus non fuisset diu pulsans M. 2. aggredi Cl. 7. quare] quid CJ. 8. Philosophus ergo M. 9. me om. CJ. quia om. M. [Inscriptio] fuscatione MJ. colorum] oculorum CavA. 13. superinducitur Cav. 14. hominis artificium M. 16. dominus om. MJ. 18. quoniam Salomon in omni gloria sua cooperitus non est M.

Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis.<sup>a</sup> Absit autem, ut adulterinus color comparabilis sit nativo. Quinimo cum facies adulterino colore fucatur, os abominabili foetore corrumpitur. Universa vanitas omnis homo vivens.<sup>b</sup> Quid enim vanius quam pectere crines, planare caesariem, tangere genas, ungere faciem, producere supercilia? Quandoquidem fallax sit gratia, et vana sit pulchritudo.<sup>c</sup> Omnis caro foenum, et omnis gloria eius quasi flos agri,<sup>d</sup> quam tanquam foenum velociter arescit.<sup>e</sup> Ut autem personae ornatum praeteream, ne malignius quam verius videar aliquos succensere, quid vanius quam ornare mensam mantilibus picturatis, cultellis ebore ornatis, vasis aureis, argenteis vasculis, scyphis et nappis, bucali-

a) Matth. 6, 28—29. b) Psalm. 38, 6. c) Prov. 31, 30. d) Isaiae 40, 6. e) Psalm. 36, 2.

---

2. autem om. M. ut] quod MCavJ. 3. Quinimo] Quoniam Cav. 4. fuscatur M, fuscabitur J. 9. gratia] gloria CavJ. 10. sit om. M. 11. et om. Ca. omnis om. M. 12. arescent et sicut olera herborum cito cadent CJ. 13. ornatum personas M. 14. subcensore M. 16. ornatis] mancipatis M, manicatis CJ, Al. manubriatis ad marg. add. Cl. 17. vascellis argenteis M, argenteis vascellis ClJ, vasis aureis et argenteis, vascellis ... J2. scyphis] cuppis MA, cyphis ClJ, Al. cuppis ad marg. Cl. nappis] mappis M, navis ad marg. not. Ca.

bus et gradalibus, scutellis et coclearibus,  
fuscinulis et solariis, bacilibus et urceolis,  
capsulis et flabellis? Quid prodest pingere  
cameras, ditare perticas, palliare vestibulum,  
• substernere pavimentum, componere lectum  
inflatum plumis, opertum sericis, obductum  
cortinis, aut etiam canopeo? Scriptum est  
enim: Homo cum morietur, non accipiet haec  
omnia, neque simul cum eo descendet glo-  
ria eius.<sup>a</sup>

## CAP. XLI.

*De immunditia cordis.*

Non est qui de cordis munditia valeat  
gloriari, quoniam in multis offendimus omnes.<sup>b</sup>  
Et si dixerimus, quia peccatum non habemus,  
nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non

a) Psalm. 48, 18. b) Jacobi 3, 2.

---

1. *scutellis*] *cultellis* M. 2. *fuscinulis*] *fusci-*  
*nulis* CJ, *fuscinulis* ad marg. add. Cla. *solaris*] *sa-*  
*laris* M, *sotularibus* CJ, *Al. solaris* ad marg. add.  
Cl, *foculibus* ad marg. add. Ca. *bacilibus*] *baccilis*  
M, *battillis* ad marg. add. Ca. 3. *flabellis*] *flagel-*  
*lis* J. 4. *dicare* CJ. 5. *substernere* (ad marg.  
*Al. substernere*) Cla. 8. *Homo* om. C. *Non, cum*  
*moriatur, accipiet...* M, *Non homo, cum morietur,*  
*accipiet* J. 9. *simul* om. M. *descendet cum eo* M.  
10. *gloria domus eius* MJ. [Inscript.] *Tertia pars*  
*libri. De cordis immunditia.* M.

est.<sup>a</sup> Quis est qui illud dicere valeat cum Apostolo: Nihil mihi conscient sum, non tam in hoc iustificatus sum?<sup>b</sup> Quis est hic et laudabimus eum?<sup>c</sup> Ecce inter sanctos nemo est immutabilis, coeli non sunt mundi in con-spectu eius, et in angelis eius reperit pravitatem. Quanto magis et abominabilis et inutilis est homo, qui babit quasi aquam ini-quitatem?<sup>d</sup> Poenituit ergo Deum, quod fecis-set hominem in terra, eo quod multa esset 10 hominum malitia super terram, et cuncta co-gitatio hominis omni tempore ad malum in-tenta: et ideo tactus dolore cordis intrinse-cus delevit hominem, quem creaverat.<sup>e</sup> Porro, superabundavit iniquitas, et refriguit charitas 15 multorum.<sup>f</sup> Omnes declinaverunt, simul inu-tiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.<sup>g</sup> Tota pene vita mor-talium mortalibus est plena peccatis, ut vix

- a) I. Joan. 1,8.      b) I. Cor. 4, 4.      c) Eccli. 31, 9.      d) Job 4, 18. 15, 15—16.      e) Gen. 6, 5—8.      f) Matth. 24, 12.      g) Psalm. 13, 3. 52, 4.

---

1. valeat cum Apostolo dicere M.      2. non ta-men in hoc iustificatus sum om. M.      6. angelis suis J.  
7. Quanto magis abominabilis est et inutilis homo MCavJ.      9. Poenituit ergo Deum fecisse hominem CJ.  
hominem fecisset M.      11. malitia hominum M.  
13. dolore intrinsecus cordis M.      15. iniquitas ad  
marg. pon. M. refrixit Cav.      18. pene om. M.

valeat inveniri, qui non declinet ad sinistram, qui non revertatur ad vomitum, qui non computrescat in stercore. Quin potius gloriantur, cum malefecerint, et exultant in rebus <sup>a</sup> pessimis, repleti omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, pleni invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosi, superbi, elati, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositi, sine affectione, sine foedere, absque misericordia.<sup>b</sup> Talibus et peioribus mundus iste repletus est, abundat haereticis et schismaticis, perfidis et tyrannis, simoniacis et hypocritis, ambitiosis et cupidis, raptoribus et praedonibus, violentis et exactoribus, usurariis et falsariis, impiis et sacrilegis, proditoribus et mendacibus, adulatoribus et fallacibus, garrulis et versutis, gulosis et ebriosis, adulteris et incestuosis, mollibus et immundis, pigris et negligentibus, vanis et pro-

a) Prov. 2, 14. b) Rom. 1, 29—32.

---

1. *declinet*] deviet MCJ, *declinat* Ca. 3. *putrescat* CJ. *stercore suo* J. *gloriantur potius* M. 5. *repleti sunt* J. 8. *susurratores* ClJ. 9. *elati*] irati J. 10. *non obedientes*] inobedientes J. 11. *absque foedere, sine misericordia* M. 12. *iste mundus* J. 13. *est om.* M. *abundat om.* C.

digis, impetuosis et iracundis, impatientibus et inconstantibus, beneficis et auguribus, perjuris et execratis, praesumptuosis et arrogantibus, incredulis et desperatis, demum universis vitiis irretitis. Porro, sicut deficit fūmus deficient, et sicut fluit cera a facie ignis, ita peccatores peribunt a facie dei.\*

## CAP. XLII.

*De doloribus, quos mali patiuntur in morte.*

Mali siquidem quatuor dolores patiuntur in morte. Primus dolor est angustia corpora tanta et tam gravis, quanta vel qualis 10 nec fuit, nec est in praesenti vita ante dissolutionem illam. Quod in quibusdam, etsi non in omnibus, appareat prae nimio dolore seipso dissiperentibus. Fortis enim et incomparabilis est violentia, quando nexus illi 15 et vitales nodi inter corpus et animam dis-

a) Psalm. 67, 3.

---

7. *a facie dei* om. MJ. 8. *dolores]* mala M.  
9. *Dolor primus* M. 11. *vita, nec est* M. 12. *illam.* Quoniam quibusdam et sine mortibus (motibus Cv.) appareat prae nimio dolore, qui (quod Cav.) seipso dissipent C. 13. *apparet, qui prae nimio dolore seipso dissiperant* J. 14. *dispergentibus]* dispergantibus M. 15. *quando]* quoniam C. 16. *vitales]* physicales CJ. dirumpuntur Cls.

rumpuntur. Unde propheta lamentando ait: Circumdederunt me dolores mortis.<sup>a</sup> Non enim est membrum, non articulus in corpore, quod penitus non involvatur illo inexplicabili dolore. Secundus dolor est, quando iam pene defatigato corpore et suis exhausto viribus anima multo liberius videt tunc in momento occurrere omnia opera bona vel mala, quae fecit, quae omnia reducuntur ante oculos intiores. Dolor iste est tantus, et retractatio ista tam gravis est, quod anima plurimum turbata cogitur quasi seipsam odisse. Unde dicitur in psalmo: Torrentes iniquitatis conturbaverunt me.<sup>b</sup> Nam torrentes cum multo impetu veniunt et videntur diruere omnia, ita in morte videbit malus omnia subito quae fecit opera bona vel mala. Tertius dolor est, quando

a) Psalm. 17, 5. 114, 3.

b) Psalm. 17, 5.

---

1. *lamentando ait in psalmo CJ.* 3. *enim om. CJ. non est articulus CavJ.* 4. *inexplicabili inexpugnabili Cav.* 5. *iam om. M. pene] plene CJ.* 6. *diffatigato Claj, corpore fatigato M.* 7. *tunc] tamen Cl.* 8. *bona sua CJ.* 10. *est om. CJ. retractio Cv, recognitatio A.* 11. *quod] quoniam C.* 12. *quasi om. CJ. quasi seipsam odisse] contra seipsam edisserere CJ.* 13. *in psalmo om. M.* 14. *Nam] Sicut enim CJ.* 15. *destruere MA.* 16. *subito omnia opera bona vel mala, quae ante fecit M.*

anima iam incipit tam iuste diiudicare et sibi pro suis iniquitatibus singulis omnia et debita gehennae tormenta videt imminere. Unde dicitur in psalmo: Circumdederunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt me.<sup>a</sup> Quartus dolor est, quando anima adhuc in corpore posita videt spiritus malignos ad rapiendum se paratos, ubi tantus dolor est et timor, quod misera anima, licet a corpore egressura, quamdiu potest refugiat, ut tem- 10 pus suae captivitatis redimat, antequam de corpore exeat. Propter quod dicit Sophonias propheta: A prima porta exit clamor, et a secunda ululatus.<sup>b</sup> Prima porta dicitur, quando anima mala quam cito egreditur a corpore, tam cito rapitur a malignis spiritibus ad aeterna supplicia. Secunda porta dicitur, quando

a) Psalm. 114, 3. b) Sophon. 1, 10.

1. *incipit iam CJ. tam om. CavJ. iudicare* Cl., *iudicari* Cv. 2. *sibi iniquitatibus suis singularia et debita* M, *sibi in iniquitatibus suis singula omnia et debita* J. 4. *in psalmo om. M. Circumdederunt me . . . . invenerunt me]* Circumdederunt me gemitus mortis etc. M, circumdederunt me dolores inferni CJ. 8. *rapiendum] recipiendum* Cav. 9. *licet a corpore egressura] licet extincta* C, *licet extractura* J. 10. *ut tempus]* ut Christus tempus J<sub>1</sub>, ut Christus J<sub>2</sub>. 12. *Propter quod . . . contere eos om. CJ. quod]* hoc M. 13. *et a]* et de M.

post diem iudicii punientur in corpore et anima sine fine. Puniantur enim mali in anima tantum in prima separatione corporis et animae, post iudicium vero in anima et corpore punientur. Unde dicitur: Dupli contritione contere eos.<sup>a</sup>

## CAP. XLIII.

*De adventu Christi ad diem mortis cuiuslibet hominis.*

Videt etiam tam bonus quam malus, antequam egrediatur anima de corpore, Christum in cruce positum. Malus videt sibi ad confusionem, ut erubescat se non esse redemptum sanguine Christi sua culpa exigente. Unde de malis dicitur in evangelio: Viderunt in quem pupugerunt,<sup>b</sup> quod intelligitur de adventu Christi ad iudicium et de adventu eius ad diem mortis cuiuslibet hominis. Bonus

a) Jerem. 17, 18.      b) Joan. 19, 37. Apoc. 1, 7.

---

6. conterre eos. In corpore et anima punieris M. [Inscript.] Quod mali vident Christum in morte ad suam confusionem, boni vero ad sui consolationem M. 8. anima eius J. anima egrediatur a corpore M. 9. videt sibi om. M. Malus, ut ad confusionem erubescat J. 12. in evangelio om. M. Videbunt C. 14. eius om. M. 15. cuiuslibet hominis om. M.

vero videt ad exultationem. Et hoc habemus ex verbis Apostoli, qui ait: Usque in adventum domini nostri Iesu Christi,<sup>a</sup> id est, ad diem mortis, quando apparet tam bonis quam malis Christus in cruce positus, et ipse Christus de Ioanne evangelista ait: Sic eum volo manere, donec veniam,<sup>b</sup> scilicet veniam ad obitum eius. Quatuor namque leguntur adventus Christi, duo visibles et duo invisibles. Primus adventus visibilis fuit in carne, quando natus est de virgine. Alius adventus visibilis

a) I. Tim. 6, 14. b) Joan. 21, 22—23.

---

1. vero] autem C, enim J. exaltationem M. Et hoc] ut C. 2. Apostoli ad Corinth. M. in diem adventus M. 3. ad] usque in M. 4. quando] quia A, alias quia ad marg. add. Ca. 5. Christus in] in M. 7. scilicet veniam] i. e. in virginitate perseverantem, donec veniam CJ. veniam ad] ad M, 8. eius] ipsius M. 9. duo visibles . . . obviam venit ei Christus] duo visibles: in humilitate ad redimendum mundum, secundus in maiestate ad iudicium; et duo invisibles: primus in mente per gratiam, unde in evangelio: Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus; secundus in obitu cuiuscunque fidelis, unde Iohannes in Apocalypsi: Veni domine Iesu. Unde legitur, quod in die obitus sui obviam venit ei Christus. C. duo visibles: primus in mente ad iudicium, secundus in obitu cuiuslibet fidelis; et duo invisibles: primus in mente per gratiam, unde in evangelio: Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus; secundus in obitu cuiuscunque fidelis, unde Iohannes in Apocal. cap. XXII. Veni domine Iesu. Unde legitur, quod in die obitus sui obviam venit ei Christus. J.

est ad iudicium, quando iudicabit bonos et malos, quando statuet oves a dextris, hoedos vero a sinistris. Primus adventus invisibilis fit in mente iusti per gratiam. Unde Christus de viro iusto ait: Ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.<sup>a</sup> Est ergo anima iusti sedes et habitaculum dei, sicut scriptum est: Anima iusti sedes dei, quia sedet deus in eo per gratiam. Secundus ad-  
10 ventus invisibilis est in obitu uniuscuiusque fidelis. Unde Ioannes in Apocal. desiderans liberari a carcere corporis ad Christum ait: Veni domine Iesu,<sup>b</sup> scilicet ad obitum meum. Unde dicitur, quod in die obitus sui obviam  
15 venit ei Christus.

a) Joan. 14, 23.

b) Apoc. 22, 20.

---

14. *Unde dicitur . . . venit ei Christus]* Unde dicitur *etiam obitus, quia obviam venit ei Christus* M.

## **LIBER TERTIUS.**

### **CAP. I.**

#### *De putredine cadaverum.*

Exhibit spiritus eius, et revertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.<sup>a</sup> O quot et quanta mortales de mundanae provisionis incertitudine cogitant, sed sub repentinae mortis articulo responde cuncta quae cogitaverant evanescunt. Sicut umbra cum declinat ablati sunt, et excussi sunt sicut locustae.<sup>b</sup> Exhibit ergo spiritus eius, non voluntarius, sed invitus, quia cum dolore dimitlet, quae cum amore possedit, ac velit, nolit, constitutus est ei terminus, qui praeteriri non poterit,<sup>c</sup> in quo terra

a) Psalm. 145, 4. b) Psalm. 108, 23. c) Job 14, 5.

---

5. sub repentinae] sub repente Cl, surrepente Ca, serpente Cv, sub repentino J. 7. Sicut umbra .... locustae] Sicut umbra declinat, ablatus sum, et excussus sum sicut locusta M. 9. eius om. M. quia om. C.

revertetur in terram. Scriptum est enim: Terra es, et in terram ibis.<sup>a</sup> Naturale siquidem est, ut materia datum in materiam resolvatur. Auferet ergo spiritum eorum et deficiat, et in pulverem suum revertentur.<sup>b</sup> Cum autem morietur homo, haereditabit bestias, serpentes et vermes.<sup>c</sup> Omnes enim in pulvere dormient, et vermes operient eos.<sup>d</sup> Sicut vestimentum sic comedet eos vermis, et sicut lanam sic devorabit eos tinea.<sup>e</sup> Quasi putredo consumendus est, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea.<sup>f</sup> Putredini dixi (ait Iob), pater meus es, maler mea et soror mea vermis.<sup>g</sup> Homo putredo et filius hominis.<sup>h</sup>

15 Quam turpis pater, quam vilis mater, quam abominabilis soror? Conceptus est enim homo de sanguine per ardorem libidinis putrefacto, cuius tandem libidinis cadaveri quasi funebres vermes assistent. Vivus generavit pe-  
20 diculos et lumbricos, mortuus generabit ver-

- a) Gen. 3, 19. b) Psalm. 103, 29. c) Eccli. 10, 13. d) Job 21, 26. e) Isaiae 51, 8. f) Job 13, 28. g) Job 17, 14. h) Job 25, 6.

---

3. est om. M. 7. et om. M. 11. consumendus sum (ait Iob) CJ. 12. (ait Iob) om. MCJ. 14. filius hominis vermis MJ. 15. vilis] turpis C. 16. enim om. M. 18. tandem] tamen C. libidinis om. CJ. 19. assistunt CJ. genuit M.

mes et muscas. Vivus produxit sterlus et vomilum, mortuus producet putredinem et foetorem. Vivus hominem unicum impinguavit, mortuus vermes plurimos impinguabit. Quid ergo foetidius humano cadavere? quid 5 horribilis homine mortuo? Cui gratissimus erat amplexus in vita, molestus etiam erit aspectus in morte. Quid ergo prosunt divitiae? quid epulae? quid deliciae? quid honores? Divitiae non liberabunt a morte, epulae 10 non defendant a morte, nec deliciae a verme, honores non eripient a foetore. Qui modo sedebat gloriosus in throno, modo iacet despectus in tumulo. Qui modo fulgebat ornatus in aula, modo sordet nudus in 15 tumba. Qui modo vescebatur deliciis in coenaculo, modo consumitur a vermis in se-pulchro.

1. *producit* CJ. 2. *producit* CJ. 3. *impinguavit*] *impugnavit* J. 5. *ergo*] *enim* Cav. 6. *Cui*] *Cuius* CJ. 7. *amplexus* om. M. etiam om. J. 8. *eius aspectus* J. 9. *quid deliciae* om. J. *quid honores* om. C. *quid honores?* *Divitiae* ad marg. pon. M. 10. *Divitiae* om. C, *Divitiae enim* J. *epulae* om. C, superp. M. 11. *morte*] *verme* CJ. *nec deliciae a verme* om. CJ. *deliciae* ad marg. pon. M. 12. *honores* superp. M, om. C. 13. *modo sedebat*] *sedebat* J. *gloriosus sedebat* M. 15. *aula*] *auro* J.

## CAP. II.

*De tristi memoria damnatorum.*

Vindicta carnis impii vermis et ignis,<sup>a</sup>  
 uterque duplex, interior et exterior. Inter-  
 rior, qui rodit et urit cor, exterior, qui ro-  
 dit et urit corpus. Vermis, inquit, eorum  
 non morietur, et ignis non extinguetur.<sup>b</sup> Da-  
 bit dominus ignem et vermes in carnes eo-  
 rum, ut urantur et sentiant usque in sempi-  
 ternum.<sup>c</sup> Vermis conscientiae tripliciter lace-  
 rabit. Affliget memoria, sera turbabit poe-  
 nitentia, torquebit angustia. Venient enim in  
 cogitationem peccatorum suorum timidi, et  
 traducent illos ex adverso iniquitates eorum,<sup>d</sup>  
 dicentes: Quid profuit nobis superbia? et  
 iactantia diviliarum quid contulit nobis? Trans-  
 ierunt illa omnia tanquam umbra et sicut  
 navis, quae pertransit fluctuantem aquam,

a) Eccli. 7, 19. b) Isaiae 66, 24. c) Ju-  
 dith 16, 21. d) Sap. 4, 20.

---

1. carnis est J. 2. uterque duplex pon. ad  
 marg. M. interior et exterior om. M. 5. morietur  
 in aeternum CJ. 7. usque ad marg. pon. M. 8. tri-  
 pliciter] temporaliter C. 9. sera om. MCJ. turba-  
 bit poenitentia] exacerbabit poena A, exacerbabit poena  
 ad marg. add. M. 11. in cogitatione J. suorum  
 peccatorum M. 16. pertransiit CJ.

cuius, quum praeterierit, non est inveniri vestigium.<sup>a</sup> Sic et nos nati continuo desinimus esse. Virtutis quidem nullum signum valemus ostendere, sed in malignitate nostra consumpti sumus. Cum ingenti turbatione recogitabunt, quae cum nimia delectatione gesserunt, ut stimulus memoriae pungat ad poenam, quos aculeus nequitiae stimulavit ad culpam.

## CAP. III.

*De inutili poenitentia damnatorum.*

Dicent intra se poenitentiam agentes: 10 Erravimus a via veritatis, et lumen iustitiae non luxit nobis.<sup>b</sup> Tunc incipient dicere montibus: Cadite supra nos, et collibus: Operate nos.<sup>c</sup> Poenitebunt ad poenam, sed non convertentur ad veniam. Iustum est enim, 15 ut qui noluerunt quum bene potuerunt, quum

a) Sap. 5, 8—10.    b) Sap. 5, 3. 6.    c) Luc. 23, 30. Qsee 10, 8. Apoc. 6, 16.

1. cuius] quam CJ. pertransierit Cav, pertransiret J. non poterit eius inveniri vestigium CJ. inventire M.    4. nostra om. J.    7. gessorant CJ. [Inscript.] reproborum M.    11. iustitiae lumen M.    12. illuxit CavJ.    13. Cooperite CJ.    15. enim est J.    16. bene om. M.

velint non possint. Dedit enim dominus locum poenitentiae, et ipsi abusi sunt eo. Propterea dives, qui cruciabatur in flamma, dicebat ad Abraham: Rogo te pater, ut mittas Lazarum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Cui quum Abraham respondisset: Habent Moysen et prophetas, audiant illos, subiunxit: Non, pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent.<sup>a</sup> Agebat et ille poenitentiam in inferno; sed quia cognoscet illam inutilem, rogabat ut annunciaretur hoc fratribus suis, quatenus agerent poenitentiam in hoc saeculo fructuosam, quia tunc prodest homini poenitere, quum potest ipse peccare.

## CAP. IV.

*De poenis inferni diversis.*

Poenae autem infernales secundum di-

a) Luc. 16, 27—31.

---

1. enim eis MJ. dominus] deus M. 2. eo om. J.  
6. ut testetur illis om. M. 8. respondisset] dixisset M. 9. audiunt J. 11. ille] ipse MJ. 14. sis om. CJ, ad marg. pon. M. [Inscript.] De diversis poenis inferni. M. 18. autem om. C.

versa peccata sunt diversae. Prima poena est ignis. Secunda frigoris. De his dixit dominus: Ibi erit fletus et stridor dentium.<sup>a</sup> Fletus propter fumum ignis, stridor dentium propter frigus. Tertia erit foetor. De his <sup>5</sup> tribus dicuntur in psalmo: Ignis, sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.<sup>b</sup> Quarta vermes indeficientes. Unde Esaias: Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur.<sup>c</sup> Quinta mallei percutientis. Unde dicit Salomon: Parata sunt damnationis iudicia blasphematoribus, et percutientes mallei stultorum corporibus.<sup>d</sup> Sexta tenebrae palpabiles exteriores et interiores. Unde Job: Terra miseriae et tenebrarum, ubi <sup>15</sup>

a) Matth. 13, 42. b) Psalm. 10, 7. c) Isaiae 66, 24. d) Prov. 19, 29.

1. diversae om. C. 2. frigus MA. dixit dominus] dicuntur in evangelio M. 4. fumum ignis] fumos ignis J, ignem fumosum C. 5. Tertia est M. Tertia poena erit J. 7. pars calicis eorum om. CJ. 9. eorum om. MJ. 10. mallei percutientis] mallei percutientes M, salebras (Al's flagella ad marg. add. Cla) percutientium C, flagella percutientium J. 11. Unde ... stultorum corporibus] Unde (dicit Salomon om.) parata sunt derisoribus iudicia damnationis et mallei percutientes M, Unde dicit (Salomon C, Esaias J): Parata sunt iudicia blasphematoribus (Al's derisoribus add. ad marg. Cla) et percutientes mallei stultorum corporibus CJ. 12. blasphematoribus] derisoribus A.

umbra mortis etc. Et alibi: Vadam ad terram tenebrosam et operam mortis caligine.<sup>a</sup> Et in psalmo: In aeternum non videbunt lumen,<sup>b</sup> et alibi: Impii in tenebris conticescent.<sup>c</sup> Septima confusio peccatorum. Tunc enim (ut legitur in Daniele) erunt libri aperti,<sup>d</sup> id est, conscientiae hominum erunt omnibus manifestae. Octava horribilis visio daemonum, qui videbuntur in excussione scintillarum de igne ascendentium. Nona igneae catenae, quibus impii singulis membris stringentur. Prima poena est concupiscentium, secunda malitiosorum, tertia luxuriosorum, quarta invidorum et odium habentium, quinta eorum, qui in hoc saeculo per flagella non meruerunt castigari, quia tentaverunt et exacerbaverunt dominum in multitudine iniqui-

a) Job 10, 21. 22. b) Psalm. 48, 20. c) I. Reg. 2, 9. d) Daniel. 7, 10.

1. etc. om. J. Et alibi om. Cav. 3. Et om. CJ. in psalmo] idem M. Et in aeternum CavJ. 4. alibi] idem psalmus M. 6. in Daniele om. CJ. libri aperti ... manifestae] libri aperti conscientiae hominis et omnia erunt manifesta C. 7. omnibus erunt J. 11. singulis om. CJ. membra Cav. astringentur M. 12. poena om. C. concupiscentia est J, concupiscentium est C. 15. per flagella] flagello J. 16. sed quia J. tentaverunt et exacerbaverunt dominum in multitudine iniquitatum suarum. Unde scriptum est om. M.

tatum suarum. Unde scriptum est: Exacerbavit dominum peccator, secundum multitudinem irae sua non requiret.<sup>a)</sup> Sexta eorum, qui in tenebris ambulantes ad lumen verum, scilicet Christum, venire contempserunt, se-<sup>b</sup> ptima confitentium peccata sua et poenitentiam contemnentium, octava illorum, qui in hoc saeculo libenter vident mala et faciunt, nona illorum, qui per singula vitia sunt defluxi, qui ambulant in desideriis suis et eunt <sup>c)</sup> post concupiscentias suas.

## CAP. V.

*De ineffabili angustia damnatorum.*

Videntes turbabuntur timore horribili, gementes pre angustia spiritus et dicentes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisu et in similitudinem improprietatis. Nos insensati <sup>d)</sup> vitam illorum aestimabamus insaniam et finem eorum sine honore. Ecce quomodo compu-

a) Psalm. (secundum Hebr.) 10, 4.

- 
1. Unde scriptum... non requiret om. CJ. 3. re-  
quiret] quaeret M. 5. scilicet Christum om. CJ.
  7. qui libenter in hoc saeculo M. 10. eunt om. CJ.
  11. post concupiscentias suas] concupiscentiis suis J.
  14. quos habuimus aliquando in derisu et in simili-  
tudine improprietatis N. 15. Nos] Nam Cav. 16. ae-  
stimabamus] putabamus M. 17. eorum] illorum M.

tati sunt inter filios dei, et inter sanctos sors illorum est.<sup>a</sup> Supplicium erit malorum intueri gloriam beatorum, licet forte post finem iudicii. Beati quoque visuri sunt reprobos in tormentis, secundum illud: Laetabitur iustus cum viderit vindictam impiorum.<sup>b</sup> Reprobri vero non sunt visuri beatos in gloria, secundum illud: Tollatur impius, ne videat gloriam dei.<sup>c</sup> Talia dicent in inferno peccatores, quoniam spes impii est tanquam lanugo, quae a vento tollitur, et tanquam spuma gracilis, quae a procella dispergitur, et tanquam fumus a vento diffusus, et tanquam memoria hospitis unius diei.<sup>d</sup>

## CAP. VI.

*De igne gehennali.*

**15** Ignis gehennae nec lignis nutritur, nec flatu succenditur, sed a deo creatus est inextinguibilis ab origine mundi.<sup>e</sup> Scriptum est enim: Devorabit eum ignis, qui non succen-

a) Sap. 5, 2—6. b) Psalm. 57, 11. c) Isaiae 26, 10. d) Sap. 5, 14—15. e) Cf. Matth. 25, 41. Marc. 9, 42. 44.

---

4. quoque] quidem C, quidam M. 6. impiorum] peccatorum C. 10. tanquam lanugo est M. 12. dispargitur Cl. 16. est om. J.

ditar.<sup>a</sup> Creditur autem esse sub terris , se-  
cundum illud Esaiæ : Infernus subter con-  
turbatus est in occursum adventus tui.<sup>b</sup> Sed  
et omnis locus reprobo est poenalis , qui  
semper secum defert cruciatum , et ubique<sup>c</sup>  
contra se tormentum incurrit. Producam (in-  
quit) ignem de medio tui , qui comedet te.<sup>c</sup>  
Ignis autem gehennæ semper ardebit et  
nunquam lucebit, semper uret et nunquam  
consumet, semper afficiet et nunquam defi- 10  
ciet. Est enim apud inferos summa tenebra-  
rum obscuritas, immensa poenarum acerbi-  
tas, infinita miseriaram aeternitas. Ligatis  
(iniquity) pedibus et manibus eius mittite eum  
in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stri- 15  
dor dentium.<sup>d</sup> Singula membra pro suis pec-  
catis propria sustinebunt tormenta, ut in eo  
penitiantur, in quo peccaverunt. Scriptum est  
enim: Per quæ peccat homo , per haec et  
torquebitur.<sup>e</sup> Unde qui in lingua peccaverat, 20

a) Job 20, 26. b) Isaiae 14, 9. c) Ezech.  
28, 18. d) Matth. 22, 13. e) Sap. 11, 17.

---

1. sub terris esse M. 2. Esaiæ] prophetiū M.  
subter] sub terra CJ, al's subterre add. ad marg. Ca.  
3. est om. MCavJ. 4. reprobis CJ. qui semper ... tor-  
mentum incurrit] qui semper cruciatum et ubique contra  
se tormentum deferunt CJ. 7. comedat M. 9. exuret CJ,  
14. eius om. CavJ. 15. ubi] ibi M. 20. in om. M.

cruciabatur in lingua. Propter quod ipse clamabat: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam,  
 5 quia crucior in hac flamma.<sup>a</sup> Per digitos intelligitur operatio. Digitis enim operamur. Quasi dicat: Si minimum operum Lazari haberem, minorem poenam sentirem.

## CAP. VII.

*De tenebris inferni.*

Reprobi vero non solum exterioribus,  
 10 sed etiam interioribus tenebris involventur,  
 quia spirituali pariter et corporali luce carebunt. Scriptum est enim: Tollatur impius, ne videat gloriam dei, qui solus tunc erit in lucem sempiternam.<sup>b</sup> Tantam autem in poenis  
 15 reprobi tolerabunt angustiam, ut vix aliquid cogitare valeant praeter poenas: sed illuc dirigent impetum cogitationis, ubi sentient

a) Luc. 16, 24. b) Cf. Isaiae 26, 10. 60, 19. 20.

---

1. *cruciabitur MJ. ipse om. M, ipse dives epulo J.*  
 4. *et] ut MJ. 5. Per digitum CJ, Per digitos... Quasi diceret... sentirem ad marg. pon. dilatiore atramento M. 7. operum] opus CavJ. 10. etiam] et C, om. J. 12. Tollatur impius (Alias misereamur impiorum ad marg. add.) Ca. 16. valeant MCv, valebunt CaJA. 17. dirigent] deficient CJ.*

vim doloris. Sane discipulus quidam fertur apparuisse magistro suo post mortem. Quem cum magister esse damnatum intellectisset, quaesivit ab eo, si aliquae quaestiones apud inferos verterentur. Qui dicitur respondisse: 5 Apud inferos quacritur solummodo quid non sit poena. Sed et Salomon ait: Nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas.<sup>a</sup> Erit enim tanta in reprobis mentis oblivio, tanta caecitas animi, 10 tanta confusio rationis, ut raro vel nunquam ad cogitandum quicquam de deo possint asurgere, nedum ad confitendum valeant aspirare. Nam a mortuo tanquam ab eo, qui non est, perit confessio.<sup>b</sup> Scriptum est enim: Non 15 mortui laudabunt te, domine, neque omnes qui descendunt in infernum.<sup>c</sup> Non infernus continebitur tibi, neque mors laudabit te.<sup>d</sup>

a) Eccl. 9, 10. b) Eccli. 17, 26. c) Psalm. 113, 17. d) Isaiae 38, 18.

---

2. *suo* om. M. 3. *Quem cum magister intellectisset damnatum* M. 5. *verterentur apud inferos* M. *respondisse, quod apud inferos quidem solummodo non sit nisi poena* CJ. 7. *Nec opus, nec ratio est apud inferos, nec scientia, nec sapientia, quo tu properas* C. *opus] opes* JI. 9. *in reprobis tanta* J, *in reprobo tanta* M. 10. *mentis* om. C. 12. *posit M.* 13. *nedum] nec* CJ. *inspirare* M, *respirare* CJ. 14. *non (est superp.)* M.

## CAP. VIII.

*De confusione poenarum.*

Dimitte me, domine (dicit Job), ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebrosam et operiam mortis caligine, terram miseriae et tenebrarum,  
 5 ubi umbra mortis et nullus ordo, sed semipiternus horror inhabitat.<sup>a</sup> Ordo quidem erit in quantitate poenarum, quoniam in qua mensura mensi fuerint, remetietur eis,<sup>b</sup> ut qui gravius peccaverunt, gravius puniantur. Potentiores enim potenter tormenta patientur.<sup>c</sup> Sed ordo non est in qualitate rerum, quia de aquis nivium transibunt ad calorem nimium,<sup>d</sup> ut subita contrariorum mutatio graviorem inferat cruciatum. Experimento cognovi, quod  
 15 adustus, si frigidum statim adhibeat, ardentiorem sentiet cruciatum.

a) Job 10, 20 sqq. b) Matth. 7, 2. Marc. 4, 24.  
 Luc. 6, 38. c) Sap. 6, 7. d) Job 24, 19.

1. domine om. CJ. Job dicit M. 8. mensi fuitis, remetietur vobis CJ. 11. non erit ordo J. est] erit C. 12. nimium] ignis MA.

## CAP. IX.

*De indeficentia tormentorum.*

Sicut oves in inferno positi sunt, et mors depascet eos.<sup>a</sup> Dictum est hoc a simili iumentorum, quae non radicitus evellunt herbas, sed summitates solummodo carpunt, ut iterum herbae renascantur ad pastum. Sic <sup>5</sup> et impii quasi morte pasti reviviscent ad mortem, ut aeternaliter moriantur. Ovidius: Sic inconsuatum Tityi semperque renascens non perit, ut possit saepe perire iecur.<sup>b</sup> Tunc erit mors immortalis, tunc vivent mortui, qui <sup>10</sup> vitae sunt mortui. Quaerent mortem et non invenient, quia vitam habuerunt et perdiderunt. Audi Ioannem in Apocalypsi dicentem: In diebus illis quaerent homines mortem, et non invenient eam: desiderabunt mori, et <sup>15</sup> fugiet mors ab illis.<sup>c</sup> O mors quam dulcis essem quibus tam amara fuisti, te solam desideranter optabunt, qui te solam vehementer abhorruerunt.

a) Psalm. 48, 15.      b) Ovid. Pont. I. 2. 41.  
c) Apoc. 9, 6.

2. a simili] a similitudine MCJ.      3. herbas evellunt M.      6. de morte CJ. depasti M.      7. Ovidius om. M.      9. non M, sic CJA.      10. mortui] morti J.      16. illis] eis M.      19. abhorruerunt] oderunt M.

## CAP. X.

*Cur reprobi nunquam liberabuntur a poenis.*

Nullus ergo sibi blandiatur et dicat, quia deus non in finem irascetur, neque in aeternum indignabitur, sed miserationes eius super omnia opera eius.<sup>a</sup> Quia cum iratus est, non 5 obliviscetur misereri, nec quicquam eorum quae fecit deus odivit.<sup>b</sup> Assumens in argumentum erroris, quod ait dominus per Esaiam prophetam: Congregabuntur in congregazione unius fascis in lacum, et claudentur in carcerem, et post multos dies visitabuntur.<sup>c</sup> Homo namque peccavit ad tempus, non ergo deus puniet in aeternum. O spes inanis, o falsa praesumptio. Non credat frustra errore deceptus, quod aliquo pretio sit redimendus,<sup>d</sup> 15 quoniam in inferno nulla est redemptio. Congregabuntur ergo peccatores in lacum et claudentur in carcerem, scilicet in inferno, in quo sine corporibus usque in diem iudicii

a) Psalm. 102, 9. 144, 9. b) Sap. 11, 25.  
c) Isaiae 24, 22. d) Job 15, 31.

---

[Inscript.] *Cur*] *Quod CJ.* 5. *obliviscitur M.*  
*deus om. M.* 6. *Esaiam om. CJ.* 7. *prophe-*  
*tam om. M.* 8. *in congregationem M.* 9. *fastis (facis*  
*add. ad marg.) M.* 14. *redimendus sit M.* 18. *us-*  
*que ad diem M.*

torquebuntur, et post multos dies, postquam videlicet resurgent, cum corporibus suis in novissimo die visitabuntur, non ad salutem, sed ad vindictam, quia post diem iudicii gravius punientur. Sic et alibi dicitur: Visitabo 5 in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum.<sup>a</sup> Praedestinatis ergo deus irascitur temporaliter, quia flagellat omnem deus filium, quem recipit,<sup>b</sup> de quibus illud accipitur: Non in finem irascetur etc. Reprobis autem deus irascitur aeternaliter, quia iustum est, ut quod impius in suo praevaricatur aeterno, deus ulciscatur in suo aeterno. Nam licet peccandi facultas illum dimittat, ipse tamen non dimittit voluntatem peccandi. 15 Scriptum est enim: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.<sup>c</sup> Nam non humiliabuntur reprobi iam desperati de venia, sed malignitas odii tantum in illis excrescit, ut

a) Psalm. 88, 33. b) Hebr. 12, 6. c) Psalm. 73, 23.

---

1. *postquam videlicet cum resurgent* M. 2. *resurgent]* *resurrexerint* CJ. *cum corporibus suis* pon. ad marg. M, *suis* om. CavJ. 5. *Sic]* Sed CJ, *al's Sic* ad marg. add. Ca. *et om. Cav.* 7. *deus* om. M. 8. *flagellavit* M. 9. *deus* om. MCJ. *recipit]* *diligit* CJ. 10. *etc.* om. Cav. 13. *suo aeterno]* *suo* M. 16. *eorum]* *illorum* M. 17. *Nam superp.* M, om. CJ.

velint illum omnino non esse, per quem  
sciunt se tam infeliciter esse. Maledicent  
altissimo, et blasphemabunt excelsum, con-  
querentes eum esse malignum, qui creavit  
5 illos ad poenam et nunquam inclinatur ad ve-  
niā. Audi Ioannem in Apocalypsi dicentem:  
Grando magna descendit de coelo in homi-  
nes et blasphemaverunt homines deum pro-  
pter plagam grandinis, quoniam magna facta  
10 est vehementer.<sup>a)</sup> Voluntas ergo damnati, li-  
cet amiserit potestatis effectum, semper ta-  
men habebit malignitatis affectum, et ipsa  
erit in inferno supplicium, quae fuerat in  
mundo peccatum, licet forsan et ibi pecca-  
15 tum sit, sed non meritum poenae. Impius  
ergo, quia semper habebit in se reatum ex  
culpa, semper sentiet contra se esse crucia-  
tum ex poena, quia quod ipse per poeniten-  
tiam non delevit, deus per indulgentiam non  
20 remittet. Ad magnam ergo pertinet iustitiam

a) Apoc. 16, 21.

- |                        |   |
|------------------------|---|
| 4. esse om. M.         | 5. inclinetur M, inclinentur J.                                       |
| 8. deum homines M.     | 11. potestatis affectum (al's<br>peccandi defectum add. ad marg.) Ca. |
| et forsan M.           | 14. licet   |
| 16. reatum in se M.    | 17. semper<br>om. CJ. contra] circa A. esse superp. M, om. CJ.        |
| 18. quia quod enim CJ. | 20. remittit CJ.  |

iudicandis, ut nunquam careant in gehenna supplicio, qui nunquam carere voluerunt in vita peccato. Voluissent utique, si potuissent, sine fine vivere, ut potuissent sine fine pecare. Ostendunt enim quod in peccato semper vivere volunt, qui nunquam desinunt pecare dum vivunt.

## CAP. XI.

*Testimonia de suppliciis aeternalibus.*

Quis (inquit Esaias) poterit habitare de vobis cum ardoribus sempiternis? isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die et nocte, et non extinguetur, sed ascendet fumus eius in sempiternum.<sup>a</sup> Hieremias quoque ait: Dabo vos in opprobrium sempiternum et ignominiam aeternam, quae nunquam oblitione delebitur.<sup>b</sup> Et Daniel ait: Qui dor-

a) Isaiae 33, 14. 65, 5. 34, 10. b) Jerem. 23, 40.

---

1. iudicandis] iudicantis MCJ. in gehenna] gehennae CJ. 2. carere voluerunt] caruerunt CJ. 6. volunt] cupiunt CJ, volunt vivere M. 8. de vobis habitare poterit M. 9. Iste MJ. 10. erit M, est J. furore] ardore M. tota die, nocte et die non M, tota (toto Cv) die et nocte non Cav. tota die et nocte, et die non J. 11. ascendit J. 12. in perpetuum Cav. quoque ait om. MCJ. 13. vos] vobis J. 14. et in ignominiam MCJ. aeternam] sempiternam M. 15. Et om. MCJ. ait om. MCJ.

mierunt in pulvere terrae, evigilabunt, alii in vitam aeternam, alii in opprobrium, ut videant semper.<sup>a</sup> Salomon quoque: Mortuo, inquit, homine impio nulla spes erit<sup>b</sup> de eo. Huic extemplo veniet perditio sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.<sup>c</sup> Et Iohannes apostolus: Si quis, ait, adoraverit bestiam et imaginem eius, hic bibet de vino irae dei, et cruciabitur igne et sulphure, et fumus tormentorum ascendet in saecula saeculorum, nec habebit requiem die ac nocte qui adoraverit bestiam et imaginem eius.<sup>d</sup> Confirmat haec veritas, quae damnatos in iudicio sententialiter reprobabit, dum dicet: Ite maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius.<sup>e</sup> Si secundum divinum iudicium in ore duorum vel trium testium stat omne verbum,<sup>f</sup> quanto magis in

<sup>a)</sup> Daniel. 12, 2.    <sup>b)</sup> Prov. 11, 7.    <sup>c)</sup> Prov. 6, 15.    <sup>d)</sup> Apoc. 14, 9—12.    <sup>e)</sup> Matth. 25, 41.    <sup>f)</sup> Deuter. 19, 15. 17, 6. Matth. 18, 16. Joan. 8, 17. II. Cor. 13, 1. Hebr. 10, 28.

---

1. in terrae pulvere M.    2. alii ut opprobrium videant semper J.    3. quoque om. MCJ. inquit om. MCJ.    4. nulla erit spes J.    6. Et om. MCJ. 7. ait om. MCJ.    10. tormentorum eius M.    13. damnados M, al's damnados add. ad marg. Ca.    14. dum dicet om. M.    15. qui vobis paratus diabolo et angelis eius est M.

ore tot et tantorum virorum de proposita  
veritate constabit.

## CAP. XII.

*De die iudicii.*

Ecce ergo dies domini veniet crudelis  
et indignationis plenus, irae et furoris, ad  
ponendam terram in solitudinem et pecca- 5  
tores eius conterendos de ea, quoniam stel-  
lae coeli et splendor earum non expandent  
lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu  
suo, et luna non splendebit in lumine suo. Et  
visitabo super orbem mala, et contra impios 10  
iniquitatem eorum. Et requiescere faciam  
superbiam infidelium, et arrogantiam fortium  
humiliabo.<sup>a</sup> Propter hoc omnes manus dis-  
solventur, et omne cor hominis tabescet et  
conteretur. Torsiones et dolores tenebunt, 15  
quasi parturientes dolebunt, unusquisque ad  
proximum suum stupebit, facies combustae

a) Isaiae 13, 9—12.

[Inscript.] *De die iudicii extremi* M. 4. et  
irae C.J. 5. in solitudine C.I.J. 9. non splende-  
bit om. C.I.J. non resplendebit Cav. 11. eorum om. C.I.  
conquiescere M. quiescere C.I.J. 15. dolores tene-  
brarum C.I.J. 16. et quasi parturientis C.I.J. 17. ad  
proximum stupebit suum N.

vulnus eorum.<sup>a</sup> Dies irae, dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clangoris,  
 5 quia consummationem cum festinatione faciet dominus cunctis habitantibus terram.<sup>b</sup> Et superveniet repentina dies illa tanquam laqueus in omnes, qui sedent super faciem orbis terrae.<sup>c</sup> Quoniam sicut fulgur exit ab oriente  
 10 et apparel usque in occidentem, ita erit adventus filii hominis.<sup>d</sup> Dies enim domini sicut fur in nocte ita veniet. Et cum dixerint: pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus sicut dolor in utero haben-  
 15 tis, et non effugient.<sup>e</sup>

- a) Isaiae 13, 7—8.    b) Sophon. 1, 15. 16. 18.  
 c) Luc. 21, 35.    d) Matth. 24, 27.    e) I.Thess. 5, 2—3.

1. *Dies illa, dies irae* J.    3. *dies nebulae et turbidinis* om. C.    4. *turbidinis* J<sub>2</sub>.    6. *super terram* M.  
 10. *apparet]* patet C. *usque ad occidentem* M.    11. *Dies]* Apostolus: *Dies* M.    12. *ita in nocte* MGJ. *Et om.* CJ. *dixerint* MCIVJ, *dixerit* Ca.    14. *dolorem* J.  
 15. *habenti* CJJ.

## CAP. XIII.

*De iudicium praecedente tribulatione.*

Praecedet autem tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omissis caro.<sup>a</sup> Surget enim gens contra gentem, et regnum adversus regnum, et terrae motus erunt magni per loca, et pestilentiae et fames, [terroresque de coelo, et signa magna erunt.<sup>b</sup>] Et erunt signa in sole et luna et stellis, et in terris pressura gentium praecfusione sonitus maris et fluctuum, arescentibus hominibus praetimore et expectatione, quae supervenient universo orbi.<sup>c</sup> Surgent enim pseudochristi et pseudoprophe-tae, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem ducantur, si fieri potest,<sup>d</sup> etiam electi.<sup>d</sup> Tunc revelabitur homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur

a) Matth. 24, 21—22. b) Luc. 21, 10—11.  
c) Luc. 21, 25—26. d) Matth. 24, 24.

---

[Inscript.] *iudicium om. MCJ. praecedenti CJ. 3. neque] nec M. abbreviati J<sub>1</sub>, abbreviati J<sub>2</sub>. 6. magni erunt M. 8. signa magna erunt] tempe-states M, signa magna erunt et tempestates CJ. 9. et in] in M. 10. gentium] hominum MCJ. 12. su-perveniet MCJ. 13. enim om. CavJ. 14. ita om. M. 15. ducantur M. possit J.*

super omne, quod dicitur deus aut quod colitur, ut in templo dei sedeat ostendens se, tanquam sit deus,<sup>a</sup> quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Mittetur autem H<sup>b</sup>elia propheta, priusquam veniat dies domini magnus et horribilis, et convertet corda patrum ad filios, et cor filiorum ad parentes.<sup>b</sup> Cum quo veniet et Enoch, et prophetabunt diebus mille ducentis et sexaginta amicti sac-  
10 cis. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quae ascendet de abysso, faciet adversus illos bellum, et vincet illos et occidet, et corpora eorum iacebunt in plateis civitatis magnae, quae vocatur spiritualiter Sodoma et Aegyptus, ubi dominus illorum crucifixus est. Et post tres dies et dimidium spiritus vitae intrabit in eos.<sup>c</sup>

a) II. Thess. 2, 3—4.      b) Malach. 4, 5—6.  
c) Apoc. 11, 3. 7. 8. 11.

1. *quod dicitur aut colitur deus, ita ut MCIIJ.*
2. *ita ut Cav.*      3. *Iesus] deus M.*      6. *cor patrum ad filios et econtra (corda filiorum ad parentes eorum ad marg.) M.*      8. *Cum ad marg. pon. M.*
9. *mille ducentis sexaginta diebus CJ.*      10. *suum] eius Cl.*      12. *occidet illos M.*      13. *iacebunt ad marg. pon. M.*      14. *quae vocatur spiritualiter Sodoma et Aegyptus om. MCIIJ.*      15. *illorum] no-ster Cav.*

## CAP. XIV.

*De signis iudicium praecedentibus.*

Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de coelo, et virtutes coelorum movebuntur: et tunc apparet signum filii hominis in coelo. Et tunc plangent se super se omnes tribus terrae.<sup>a</sup> Reges terrae et principes, et tribuni et divites et fortes, et omnis servus et liber abscondent se in speluncis et in petris montium, et dicent montibus et petris: Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira agni, quoniam venit dies magnus irae ipsorum. Et quis poterit stare?<sup>b</sup> Et mittet angelos suos cum tuba et voce magna, et congregabunt electos eius a quatuor ventis et summis coelorum usque ad terminos eorum.<sup>c</sup> Tunc ipse dominus in

a) Matth. 24, 29—30.      b) Apoc. 6, 15 sqq.  
c) Matth. 24, 31.

---

[Inscript.] iudicium om. CJ. *De die finalis iudicii* M. 5. *tunc* om. J. 6. *plangent se*] *plangent CJ. se super se* ad marg. pon. M. 7. *terrae* om. J. *tribuni, fortes, divites* M. 12. *veniet* J. 13. *magnus dies* M. 16. *ventis coeli* MCJ. et] , a MCJ. 17. *eorum] terrae* CJ.

iussu et voce archangeli et in tuba dei descendet de coelo.<sup>a</sup> Et omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei, et procedent boni in resurrectionem vitae, mali vero in resurrectionem iudicii.<sup>b</sup> Mors et infernus dabunt mortuos suos, qui in ipsis erunt.<sup>c</sup> Ecce venit in nubibus, et videbit omnis oculus et qui in eum pupugerunt, et plangent omnes tribus terrae,<sup>d</sup> et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa et potestate magna et maiestate.<sup>e</sup> Veniet autem dominus ad iudicium, non solum cum angelis et apostolis, sed et cum senatoribus populi sui. Unde ait Salomon: Nobiles in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terrae.<sup>f</sup> Sedebeant enim et ipsi

<sup>a)</sup> I.Thess. 4, 15. <sup>b)</sup> Joan. 5, 28—29. <sup>c)</sup> Apoc. 20, 13. <sup>d)</sup> Apoc. 1, 7. <sup>e)</sup> Matth. 24, 30. Marc. 13, 26. Luc. 21, 27. <sup>f)</sup> Prov. 31, 23.

1. *et in voce M.* 7. *Ecce venit in nubibus om.*  
*MCIJ.* 8. *in om. M. et plangent omnes tribus ter-*  
*rae et tunc videbunt om. MCIJ.* 10. *in nube Cav,*  
*coeli add. MCIJ.* *cum virtute magna et maiestate CJ,*  
*cum potestate magna et maiestate Cav,* *cum virtute*  
*multa et potestate et maiestate N.* 12. *iudicium]*  
*vindictam CJ.* 13. *angelis et om. CJ. et apostolis*  
*om. M.* 14. *Unde ait Salomon om. J,* *Unde ait Sa-*  
*lonon] Isaías M.* 15. *Nobiles M. vir eius ad marg.*  
*pon. M.* 16. *terras superp. M.*

super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.<sup>a</sup> Aspiciebam, inquit Daniel, donec throni positi sunt et antiquus dierum sedit. Vestimentum eius quasi nix candidum, et capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flammae ignis, rotae eius quasi ignis accensus. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. Millia millium ministrabant ei, et decies centena millia assistebant ei.<sup>b</sup> Unde ait et Psalmista: Deus noster manifeste veniet, deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, et in circuitu eius tempestas valida.<sup>c</sup> Nubes et caligo in circuitu eius. Iustitia et iudicium praeparatio sedis eius,<sup>d</sup> et advocavit coelum desursum, et terram, ut discernat populum suum.<sup>e</sup> Nam congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eas ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hoedis,

- a) Matth. 19, 28.      b) Daniel. 7, 9—10.  
 c) Psalm. 49, 3.      d) Psalm. 96, 2.      e) Psalm. 49, 4.

- 
1. *iudicantes duodecim* om. Cav.    4. *candida* CJ,  
*candidum quasi nix* Cav.    6. *flamma* J. *quasi* om. C,  
*ad marg. pon. M.*    7. *rapidus et egredietur* M.  
 9. *Unde ait* om. Cav J.    10. *Deus*] *Dominus* J.    12. *ar-  
 debit*] *exardescet* CJ.    13. *Nubes et caligo... sedis*  
*eius, et om. CJ.*    14. *praeparatio*] *correctio* M. *et  
 advocabit* M.    15. *et om. M. ut discernat*] *discer-  
 nere* CJ.    16. *Nam*] *Tunc* CJ.    17. *eas*] *eos* M.

et statuet oves quidem a dextris, hoedos autem a sinistris.<sup>a</sup>

## CAP. XV.

*De potentia, sapientia et iustitia iudicis.*

O quantus tunc erit timor et tremor,  
quantus erit fletus et gemitus! Nam si co-  
solumnae coeli contremiscunt et pavent ad nu-  
tum eius,<sup>b</sup> et angeli pacis amare flebunt;<sup>c</sup> pec-  
catores autem quid facient? Si iustus vix  
salvabitur, impius et peccatores ubi parebunt?<sup>d</sup>  
Propterea clamat propheta: Ne intres in iu-  
dicium cum servo tuo, domine, quia non iu-  
stificabitur in conspectu tuo omnis vivens.<sup>e</sup>  
Si enim iniquitates observaveris, domine, quis  
sustinebit?<sup>f</sup> Quis enim non timeat iudicem  
potentissimum, sapientissimum et iustissimum?  
Potentissimum, quem nemo potest effugere,  
sapientissimum, quem nemo potest latere, iu-  
stissimum, quem nemo potest corrumpere. Si

a) Matth. 25, 32—33. b) Job 26, 11. c) Isaiae 33, 7. d) I. Petr. 4, 18. e) Psalm. 142, 2. f) Psalm. 129, 3.

---

1. quidem oves J. 3. tremor et timor C. 4. quan-  
tus] quatenus Ca. Nam si, sic Job, M. 5. ad nu-  
tum] adventum MCJ. 8. peccator M. 9. cla-  
mabat M. Ne] Non MCJ. 10. domine om. M. 12. enim  
om. CJ. Si enim observaveris, domine, iniquitates, quis  
M. domine, domine CJ.

fortitudo quaeritur, robustissimus est, sapiens corde, et fortis robore, si aequitas iudicii, nemo audebit pro me testimonium reddere. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem ostendero, pravum me comprobabit, etiam si simplex fuero.<sup>a</sup> Ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt.<sup>b</sup> Qui vocat stellas, et dicunt: Adsumus.<sup>c</sup> Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammarum ignis.<sup>d</sup> Cuius voluntati nihil omnino resistit.<sup>e</sup> Cui nullum verbum est impossibile,<sup>f</sup> cui flectitur omne genu coelestium, terrestrium et infernorum.<sup>g</sup> Hunc ergo nemo potest fugere, sicut dicit propheta: Si ascendero in coelum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades.<sup>h</sup> Ipse scrutatur renes et corda,<sup>i</sup> cuius oculis omnia nuda sunt et aperta,<sup>k</sup> qui pluviae guttas et arc-

- a) Job 9, 4. 19—21. b) Psalm. 32, 9. 148, 5.  
 c) Baruch 3, 35. d) Psalm. 103, 4. Hebr. 1, 7.  
 e) Rom. 9, 19. f) Luc. 1, 37. g) Philipp. 2, 10.  
 h) Psalm. 138, 8. i) Psalm. 7, 10. Jerem. 17, 10.  
 k) Hebr. 4, 13.

---

5. Si innocentem ostendero om. MCIJ. 6. si simplex etiam fuero M. 8. vocet Cl. 9. Adsum Cav. 10. flammarum ignis] ignem urentem MA. 12. flectatur M. 14. effugere MCJ, potest fugere nemo Cav, potest effugere nemo J. dicente propheta M.

nam maris dinumerat.<sup>a</sup> Deus scientiarum dominus,<sup>b</sup> praescius omnium, et conscientius singulorum, occultus occultorum omnium indagator. Hunc ergo nemo potest latere, sicut dicit Apostolus: Non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius.<sup>c</sup> Ipse est iudex iustus, fortis et longanimis,<sup>d</sup> qui nec prece, nec pretio, nec amore, nec odio declinat a semita rectitudinis, sed via regia semper incedens nullum malum praeterit impunitum, nullum bonum irremuneratum relinquit.<sup>e</sup> Hunc ergo nemo potest corrumpere, iuxta quod dicit psalmus: Tu reddes singulis secundum opera sua.<sup>f</sup>

## CAP. XVI.

*De divino iudicio.*

15 Quis autem non timeat illud examen, in quo idem erit et accusator et advocatus et

a) Eccli. 1, 2. b) I. Reg. 2, 3. c) Hebr. 4, 13. d) Psalm. 7, 12. e) Boethii lib. V. de consol. philosoph. f) Psalm. 61, 13.

1. arenas maris M. 4. ergo om. CJ. 7. et fortis M. 11. relinquit ad marg. pon. M. ut inquit Boetius in v. de consolatione add. J. 13. Tu om. CavJ. reddis J. 14. opera eorum CJ. 16. eris accusator, advocatus et M.

iudex? Accusabit enim, dum dicet: Esurivi,  
et non dedistis mihi manducare, siti vi, et  
non dedistis mihi bibere. Advocabit, quum  
subdet: Quandiu non fecistis uni de minimis  
meis his, nec mihi fecistis. Iudicabit, quum<sup>5</sup>  
inferet: Discedite a me maledicti in ignem  
aeternum.<sup>a</sup> Non erunt testes in illo iudicio  
necessarii, quia tunc manifesta erunt abscon-  
dita tenebrarum.<sup>b</sup> Nihil enim occultum, quod  
non revelabitur.<sup>c</sup> Tunc erunt libri conscienc-<sup>10</sup>  
iarum aperti,<sup>d</sup> et iudicabuntur mortui ex his,  
quae scripta sunt in libris, secundum opera  
ipsorum. Opera enim ipsorum sequuntur il-  
los.<sup>e</sup> Quantus erit pudor in peccatoribus.  
Quanta confusio erit, quum eorum nefandis-<sup>15</sup>  
sima crimina cunctis erunt liquida et mani-  
festa. Beati quorum remissae sunt iniqui-  
tates, et quorum tecta sunt peccata.<sup>f</sup> Ab illa

- a) Matth. 25, 42. 45. 41. b) I. Cor. 4, 5.  
c) Matth. 10, 26. Marc. 4, 22. Luc. 8, 17. 12, 2.  
d) Daniel. 7, 10. e) Apoc. 14, 13. f) Psalm. 31, 1.

---

1. dum] cum M. 4. subdit CaJ. minimis] mi-  
noribus Cav. 5. meis om. CavJ. 6. insert Ca.  
7. necessarii in illo iudicio M. 10. Tunc libri  
erunt aperti (conscientiarum om.) M. 11. et] tunc CJ.  
12. in libro CJ. secundum opera ipsorum om. CJ.  
13. Opera enim ipsorum sequuntur illos om. M. ipso-  
rum] illorum CJ. 15. erit om. M. 16. liquide  
manifesta M. 17. Sed beati M.

enim sententia nunquam poterit provocari,  
quia pater omne iudicium dedit filio suo.<sup>a</sup>  
Qui claudit, et nemo aperit, aperit, et nemo  
claudit.<sup>b</sup> Os enim domini locutum est.<sup>c</sup>

## CAP. XVII.

*Quod nihil proderit damnatis.*

5 Tunc non proderunt opes, non defen-  
dant honores, non suffragabuntur amici. Scri-  
ptum est enim: Argentum eorum et aurum  
eorum non valebit eos liberare in die furo-  
ris domini.<sup>d</sup> Flebunt et plangent omnes re-  
10 ges terrae, quum viderint fumum incendii,<sup>e</sup>  
propter timorem tormentorum eorum. Quid  
ergo facielis in die furoris domini, in die visi-  
tationis et calamitatis de longe venientis? ad  
cuius fugietis auxilium? Unusquisque onus  
15 suum portabit.<sup>f</sup> Anima quae peccaverit, ipsa

a) Joan. 5, 22. b) Apoc. 3, 7. c) Isaiae  
1, 20. d) Ezech. 7, 19. e) Apoc. 18, 9—10.  
f) Galat. 6, 5.

---

1. enim om. M. revocari vel appellari A. 2. de-  
dit omne iudicium M. suo om. CJ. 7. eorum om. CJ.  
8. liberare eos M. 9. omnes om. M. 11. eorum]  
eius M. 12. in die furoris domini om. M. 15. pec-  
cavit M.

moriatur.<sup>a</sup> O quam durum et districtum iudicium, in quo non solum de factis, sed de omni verbo otioso, quodcunque locuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in die iudicii,<sup>b</sup> in quo usque ad novissimum quardantem exigetur debitum cum usuris.<sup>c</sup> Quis ergo fugere poterit a ventura ira?<sup>d</sup> Mittet ergo filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem, et alligabunt fasciculos ad comburendum, et mittent eos in caminum ignis ardentis. Ibi erit fletus et stridor dentium,<sup>e</sup> gemitus et ululatus, luctus et cruciatus, stridor et clamor, timor et tremor, dolor et labor, ardor et foetor, obscuritas et anxietas, acerbitas et asperitas, calamitas et egestas, angustia et tristitia, oblivio et con-

a) Ezechiel. 18, 4. b) Matth. 12, 36. c) Matth. 5, 26. 25, 27. d) Luc. 3, 7. e) Matth. 13, 41. 30. 42.

1. quam durum et om. CJ. districtum ad marg. pon. M. 3. quodcunque] quod CJ. 4. in die iudicii, in quo om. M. 5. novissimam M. 6. usura J. 7. ergo] igitur M. ab ira ventura M. 8. ergo om. J. 9. eius om. M. 12. Ibi] Ubi C, ubi J. stridor dentium om. M. 13. gemitus, eiulatus et ululatus J. ululatus (Al's eiulatus ad marg. add.) Cla. ululatus, luctus et cruciatus om. M. 15. et foetor, obscuritas et anxietas, acerbitas et asperitas, calamitas om. M. 17. et tristitia] , tristitia M.

fusio, torsiones et punctiones, amaritudines et terrores, fames et sitis, frigus et cauma, sulphur et ignis ardens in saecula saeculorum. Unde liberet nos deus, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

4. *Unde liberet ... in saecula saeculorum* om. CJ.  
5. *Amen* om. Cl.
-

## APPENDIX.

### CAP. I.

#### *De perseverantia.*

His auctoritatibus monetur quilibet ad perseverantiam. Ait namque dominus noster Iesus Christus: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.<sup>a</sup> Et alibi: Si perseveraverit usque in finem pulsans, dico vobis, 5 etsi non dabit ei surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen illius surgens dabit ei, quotquot habet necessarios.<sup>b</sup> Et Apostolus ait: Omnes in stadio currunt,

a) Matth. 10, 22.      b) Luc. 11, 8.

- 
1. His auctoritatibus monetur quis ad perseverantiam M. In D. Innocentii de eleemosina libello istud caput incipit verbis his: *Quoniam autem nec eleemosina, nec ieiunium, nec oratio deo placere vel homini esse meritoria ad vitam beatam possunt sine perseverantia, idcirco vel pauca hic de virtute perseverantiae connectenda sunt; et in primis sequentibus auctoritatibus monetur quilibet ad perseverantiam.*
  2. Ait namque dominus noster Iesus Christus om. M.
  3. Qui, ait, perseveraverit ... M.

sed unus accipit bravium.<sup>a</sup> Et qui legitime certaverit, coronabitur.<sup>b</sup> Et alibi dicitur, quod dominus iudicat fines terrae.<sup>c</sup> Et ubi ceciderit arbor, sive ad austrum, sive ad aquilonem,<sup>d</sup> ibi erit.<sup>e</sup> Finis enim, non pugna coronat. Ex hoc procedendum est sic: Non est magnum sic inchoare bonum, sed consummare perfectum. Multi aggrediuntur magna, sed deficiunt in via. Multi exeunt Sodam,<sup>f</sup> sed retrospiciunt.<sup>g</sup> Multi egrediuntur Babylonem,<sup>f</sup> sed morantur in via, nec perveniunt ad aeternam pacis civitatem. Nec perseverantia piget aggredi magna, nec fatigat inchoatum. Haec firmat nutantem. Haec coronat pugnantem. Haec dicit ad bravium, haec ad portum. Haec dat formam operi, regulam actioni. Haec est talaris tunica Ioseph, in finem vitae pertingens.<sup>h</sup> Haec est tunica sacerdotalis, usque ad pedes perveniens.<sup>h</sup> Haec est cauda hostiae,<sup>i</sup> quam tenemur Deo offerre. Haec est calcaneus bonae

a) I.Cor. 9, 24. b) II.Timoth. 2, 5. c) Psalm. 9, 9. d) Eccle. 11, 3. e) Gen. 19, 17. 26. f) Cf. Jerem. 51, 6. 45. g) Gen. 39, 12. h) Exod. 28, 2 sqq. i) Levit. 3, 9.

---

5. *ibi finis erit M. enim om. M.* 9. *Sodomam exeunt M.* 14. *firmat nutantem] fortificat intuitum M.*  
18. *in om. M.*

operationis, quam contra serpentis morsus<sup>a</sup> debemus observare. Haec est virtus quae pro oratione ad Deum allegat, quae omne votum bonum informat, qua laureantur martyres, qua coronantur virgines. Haec est,<sup>5</sup> quae res difficiles reducit ad facilitatem, quae omnem vincit difficultatem. Haec est vestis sine ruga, tunica sine macula.<sup>b</sup> Haec est, quae bonam actionem facit unicolorem, virtutem uniformem.<sup>10</sup>

Et notandum, quod quaedam perseverantia est temporalis, ut ita loquar, quaedam finalis. Temporalis est, quae ad tempus viret, et in tempore perversitatis effloret, foeno comparabilis, quod nunc virescit, nunc in clibanum mittitur, nunc floret, nunc conteritur, nunc consequenter moritur. Hic flos egredilur et conteritur,<sup>c</sup> et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.<sup>d</sup> Finalis vero perseverantia est, quae durat usque in finem. Haec est fons vivus, hortus signatus,<sup>e</sup> cui non communicat alienus, qui

<sup>a)</sup> Gen. 3, 15.    <sup>b)</sup> Cf. Ephes. 5, 27.    <sup>c)</sup> Cf. Matth. 6, 30. Luc. 12, 28. Matth. 13, 5—6. 20—21. Jacobi 1, 11.    <sup>d)</sup> Job 14, 2.    <sup>e)</sup> Cant. 4, 12.

---

21. usque in] usque ad M. hortus] ortus M.

semper fluit, semper scaturit labores fideles,  
 ut hanc habeant claustrales, ut hanc reti-  
 neant virgines, ut hac se införment viduae,  
 et in hac omnes requiescant. Diabolus quan-  
 5 doque hominem irritat ad bonum, ut de bono  
 gravius malum eliciat. Contra hunc daemo-  
 nis insultum valet perseverantia, ut de bono  
 fine bona claudantur initia. Bona enim in-  
 choare et malo fine concludere, est mon-  
 10 struosa configgere. Illa enim actio Chimaera  
 est, quae initium habet a ratione, finem vero  
 a sensualitate. Cum enim sic agitur, humano  
 capiti cervicem pictor depingit equinam, et  
 sic varias inducit infructuosasque plumas.  
 15 Cave ergo, o homo, ne actio tua monstrata  
 pariat, neque gignat praestigia. Enormis  
 enim fructus viventis, si capiti non respon-  
 deat finis. Sunt enim quidam, quorum vita  
 monstrum mirabile est, quorum initium bo-  
 20 num quasi caput hominis praetendit, medium  
 vero in luxuriam descendens ventrem caprae  
 praetendit, ad ultimum in rapacitatem devians  
 lupae pedes ostendit. Ah homo, quid prodest

4. *et in hac omnes requiescant*] *ut hac requies-*  
*cent M.* 14. *et sic varias ... plumas*] *et sic varias*  
*inducitque infructuosas plumas M.* 16. *pariet M.*  
*neque]* *ut M.* 18. *non respondeat finis.* *Hanc*  
*enormitatem M. enim om. M.*

tibi bonum inchoare, et non bono fine concludere? Bonum enim virtutis non solum amittis, sed et damnum incurris, et supplicium promereris. Melius est viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retroire.<sup>a</sup> Post hanc inconstantiam homo levitatis ar-  
gueris, apostasiam incurris, mentis stabilitatem postponis. O homo, per perseverantiam brevitatem vitae redimis, nullum tempus in-  
cassum transire permittis. Compositae men-  
tis est posse consistere in bono, et in bono  
morari. Nil tam utile est, ut bonum opus  
bono fine concludere. Perseverantia bonum  
producit tenerum in maturitatem, perducit pro-  
vecta perseverantia in maturitatem. Perseve-  
rentia non quaerit animum puerilem, sed  
adultum, maturos quaerit mores, et non te-  
neros et inermes.

a) II. Petr. 2, 21.

---

1. *bono*] recto M. 2. *enim om. M. non solum*  
*om. M.* 3. *sed om. M.* 4. *est om. M.* 10. *per-*  
*mittis.* *Omnes homines ut in crastino minoris pen-*  
*deas ut cum hodierno manum perseveranter vincias.*  
*Compositae mentis... M.* 11. *consistere bono M.*  
12. *Nil tam utile... concludere]* *Nil tam utile est, ut*  
*transitu possit prodesse M.* 13. *Perseverantia bo-*  
*num... in maturitatem]* *Perseverantia bonum produ-*  
*cit tenerum, in maturitatem perducit provecta perse-*  
*verantia et matura M.* 15. *Perseverantia om. M.*

Si vis consequi perseverantiam, assuesce te semper ad honum, ut consuetudo, quae est altera quasi natura, vitae perseverantiam gignat, convictus bonorum longanimitatem pariat. Si totam vitam perseverantia non illustrat, saltem perseverantia finalis finem concludat. Si obtulisti florem iuventutis diabolo, saltem faeces senectutis immola deo tuo. In vespera laudatur serenitas diei, in fine status boni operis. Vide a quanto bono decidit Iudas, qui in bono non perseveravit.<sup>a</sup> Vide quid Salomon per instantiam animi et instabilitatem perdidit,<sup>b</sup> in quantam calamitatem Saul decidit.<sup>c</sup> Ille, qui bonum proponit et ad finem non perducit, obviat illud verbum evangelicum: Ecce hic homo incepit aedificare, et non potuit consummare.<sup>d</sup>

Quanti meriti sit perseverantia, ex flagitio oppositi vilii conjecturare possumus. De impenitentia etenim dicitur, quod tanta est huius peccati poena, quod humilitatem postu-

a) Matth. 26, 14—17, 47—50. 27, 3—6. b) III. Reg. 11, 4 sqq. c) I. Reg. 31, 2 sqq. d) Luc. 14, 30.

---

2. assuesce te semper ad bonum] assuesce bonum M. 3. quae altera est natura M. 9. deo tuo om. M.

landi veniam subire non possit. Hoc est enim peccatum in spiritum sanctum, hoc est peccatum ad mortem, de quo Ioannes ait: Est peccatum ad mortem, non dico pro eo, ut quis oret.<sup>a)</sup> Impoenitentia autem ex desperatione nascitur, aut ex praesumptione oritur; et quantum in ipsa est, aut derogat dei iustitiae, aut detrahit dei misericordiae. Felix ergo perseverantia, quae impoenitentiam excludit, obstinationem expellit, contemptum eliminat, obdurationem expugnat.

## CAP. II.

*De caritate.*

Caritatis autem encomium in fine hic subnecturus, primum eam ex sacris literis probare et commendare operae pretium existimo. Sunt autem hae auctoritates, quae 15 formam praefuerunt caritatis: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex

a) I. Joan. 5, 16.

---

4. *ad mortem, non dico]* *ad mortem, ad mortem non dico* M. 7. *et in quantum in ipsa* M. 12. *Caritatis autem...operae pretium existimo* om. et inchoat hunc tractatum verbis his: *Hae sunt auctoritates, quae... M.* 16. *Dilige* M. 17. *et ex tota anima tua* om. M.

tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex omnibus viribus tuis, et proximum tuum sicut te ipsum.<sup>a</sup> Item Ioannes ait: Deus caritas est, et qui manet in caritate, in deo manet, et deus in eo.<sup>b</sup> Item Petrus: Ante omnia mutuam in vobis metipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum.<sup>c</sup> Item Paulus: Caritas patiens est, benigna est, non agit perperam.<sup>d</sup> Item Salomon: Odium suscitat rixas,<sup>e</sup> et caritas parit dilectionem. Item Augustinus: Omnia quaecunque facimus sine caritate, nihil nobis prosunt,<sup>f</sup> satuum et inane studium expendimus, si non habemus caritatem, qui deus est. Item Gregorius: Tanto amplius rubigo peccatorum consumitur, quanto igne caritatis crematur cor peccatoris.<sup>g</sup>

Ex his sic procedendum est: Quis praeditus Tulliana eloquentia, quis omni formatu sapientia sufficit laudes caritatis exprimere, eiusque virtutes ad unguem exponere? Haec est caritas, quae docet illecebras fugere, voluptates calcare, carnis concupiscen-

a) Matth. 22, 37—40.      b) I. Joan. 4, 16.  
 c) I. Petr. 4, 8.      d) I. Cor. 13, 4.      e) Prov. 10, 12.  
 f) Aug. in Joan. evang. Tract. 32. §. 8.      g) Greg. M. in evang. L. II. Hom. 33. §. 4.

---

2. *tuum* om. M.      12. *proderunt* M. *false* M.

tias cohibere, desideria illicita frangere, homines contemnere, postremo universa blandimenta respuere. De hac sponsus in Cantico amoris ait: Pone me ut signaculum super cor tuum, quia fortis est ut mors di- 5 lectio, dura sicut infernus aemulatio.<sup>a</sup> Mors enim viventes extinguit, infernus autem nec mortuis parcit. Dilectio igitur ut mors est fortis. Nam sicut illa sensum carnis, sic ista affectum carnalis concupiscentiae punit. Dura 10 est sicut infernus aemulatio, quia hos, quos intus trahit desiderium aeternorum, non solum blanda respuere, sed etiam adversa, pro eo quod diligit adipiscendo, cogit tolerare. Haec est caritas, quae Abel martyrem fecit,<sup>b</sup> 15 Abraham de terra sua eduxit.<sup>c</sup> Haec Ioseph in Aegypto servavit.<sup>d</sup> Haec est flamma, quae tribus pueris in fornace flammarum extinxit.<sup>e</sup> Haec est caritas omnium bonorum maxima, cui nil sapit extraneum vel asperum vel 20 confusum, virtutes caeteras munimine suae

a) Cant. 8, 6. b) Gen. 4, 4. 8. c) Gen. 12, 1 sqq. d) Gen. 41, 37 sqq. e) Daniel. 3, 16 sqq.

4. ut om. M. 5. super cor tuum] sub brachio tuo M. 8. igitur] ergo M. 20. vel asperum vel confusum] nil asperum, nil confusum M.

perfectionis solidans. Quisquis in eius radice se inserit, nec a viriditate deficit, nec a fructibus evanescit, quia foecunditatis opus efficaciter non amittit. De hac Isidorus ait:

5 Nullum praemium pensatur sine amore caritatis; quamvis recte credat, tamen sine caritate ad beatitudinem pervenire non potest, quia tanta est caritatis virtus, ut etiam prophetia et martyrium sine illa nil esse cre-

10 datur. Caritas omnium virtutum obtinet principatum. Unde et vinculum dilectionis ab Apostolo dicitur,<sup>a</sup> quia universae virtutes eius vinculo religantur. Dilige ergo dominum, ut eligas, dilige melius, ut salubre de-

15 gas. Dilige deum, ut eligas esse cum deo, dilige melius, ut unus fias cum eo. Per dilectionem ergo diligas, quod diligis, si tutius pervenire cupis, et festina ut apprehendas. Ergo per dilectionem curris, per dilectionem

20 apprehendis. Item quo plus diligis, eo et amplius amplecteris. Ergo per dilectionem

a) Coloss. 3, 14.

---

1. *solidans*] solidat M. 12. *universae eius*  
*virtutes* M. 16. *dilige melius, ut unus fias cum eo*  
*om. M.* *Per dilectionem . . . . pervenire cupis*] Ergo  
*per dilectionem diligis, quo diligas te tutius per-*  
*venire cupis M.* 20. *eo om. M.*

superius vide, de quo tibi dilectio ipsa est. Dilectio ipsa est cursus, ipsa est peruentio, ipsa est permanes, ipsa est beatitudo. Dilige ergo deum, elige dominum, curre, apprehende, posside, fruere. Haec est via superexcellens, via supereminens, vias distortas dirigens, vias rectas ostendens.

Haec est caritas, quae tantum in deum praevaluit, quod eum de sede supernae maiestatis ad infirmitatem nostrae humanitatis adduxit, vulneravit impassibilem, ligavit insuperabilem, traxit incommutabilem, aeternum fecit mortalem. Si tantum potuit caritas in deum, quantum homo deberet posse in seipsum? Si deus propter hominem tanta pertulit, quid homo propter deum tolerare recusabit? Pudeat te, o homo, non subiici caritati, quae sibi subiecit auctorem mundi, non pudeat subiecti caritati lutum, quae sibi subiecit et figulum. Haec non aemulatur, non agit perperam.<sup>a)</sup> Ab illo, in quo habitat, radicem vitiorum extirpat. Caritas omnium virtutum est origo, caritas mentem hominis illuminat, conscientiam mundat, animam lae-

a) I.Cor. 13, 4.

2. *Dilectio*] *Electio* M. 10. *nostras*] *meas* M.

tificat, deum demonstrat. Animam, in qua caritas habitat, superbia non inflat, invidia non devastat, ira non vexat, avaritia non excaecat, tristitia mala non dissipat, gula 5 non inflamat, luxuria non coquinat. Semper munda est, semper quieta, semper casta, semper laeta, semper pacifica, semper benigna, semper modesta. In adversis secura, in prosperis non elata. Haec crux 10 spiritualis est, quam quilibet portare tenetur, ut tollendo hanc crucem Christi vestigia sequatur, cuius altitudo erigitur ad deum, latitudo extenditur usque ad inimicum, longitudine ad vitae terminum, eius profunditas 15 divinae sapit bonitatis immensum. Haec est caritas, quae pugnanti est meritum, triumphanti praemium, quae sic inchoatur in via, quod consummatur in patria. Haec est ignis in Sion et caminus in Hierusalem.<sup>a</sup> Caritas 20 quasi trinitatem creatam parit, in qua trinitate quasi pater est dilectio dei, a quo procedit dilectio, qua se homo diligit tanquam proles a parente; ab utroque vero dilectio

a) Isaiae 31, 9.

---

9. *non elata* om. M. 10. *est* om. M. *tenetur*]  
*meretur* M. 12. *sequatur* om. M. 14. *eius* om. M.  
15. *bonitatis* om. M.

proximi procedit quasi spiritus sanctus ab utroque. Ista dilectiones sunt in una substantia caritatis, sed diversae in propria persona.

Cave ergo, o homo, si dilectionem sectari velis, ne umbra dilectionis fallaris. Est 5 enim dilectio fortunae, quae cum prosperitate advenit et in adversitate recedit. Hac deum diligit homo carnalis, qui deum laudat solum, cum benefecerit ei. Est dilectio naturae, qua naturam suam deumque sensualiter 10 diligit. Est dilectio gratiae, quae sola habet, quod deum diligit, ut in praemium habeatur. Prima est deficiens, secunda faciens, tertia perficiens. Prima est caritatis, secunda sensualitatis, tertia rationis. Prima 15 falsitatis, secunda humilis peccatoris, tertia iustificati hominis. O homo, considera quam dulcis est amor dei, quam impurus sit amor huius saeculi. Amor dei mater est omnium virtutum, amor saeculi mater est omnium 20 vitiorum. Apud istum amorem imperfecta sunt omnia, apud illum perfecta sunt cuncta.

3. in om. M. 7. in om. M. 8. deum dili-  
gat M. 9. solum om. M. 10. qua naturam ... sen-  
sualiter diligit] qua quilibet vitiouse diligit deum, unde  
defatigatur. Alitur mens deo, usque (rasura) divitiae  
potuntur (fortasse voluit potantur) M. 14. est om. M.  
16. falsitatis] vitiositatis M.

## Corrigenda.

- P. 24. L. 18. *pro* I.Tim. 6,8. *lego* I.Tim.6, 7.  
" 27. " 10. — ad loquendam — ad loquendum  
" 50. " 4. — reputatur. Cum — reputatur, cum  
" 51. " 11. — tristitia — tristia  
" 65. " 16. — negligitis — negligitis  
" 79. Not. — *Quia*]... — *Quia* (ad marg. add.  
scut) M.  
" — — — *ardere*]... — *ardere*, (ad marg.  
add. ita) M.  
" 115. L. 11. — quam — quoniam
- 
- — —
-





~~Law Dept~~  
Boethius - Conrad -  
Aug -  
1985 -

This book should be returned to  
the Library on or before the last date  
stamped below.

A fine is incurred by retaining it  
beyond the specified time.

Please return promptly.

OCT 22 1969 ILL

240487

~~CANCELED~~

JAN 3 1977 WU

APR 2 1980

671304

~~REMOVED~~

MAR 1

